DE DEORUM BARBARORUM INTERPRETATIONE ROMANA QUAESTIONES...

Franz Richter

DE DEORUM BARBARORUM INTERPRETATIONE ROMANA QUAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

FRANCISCUS RICHTER
BORUSSUS ORIENTALIS

HALIS SAXONUM
TYPIS EXPRESSIT C. A. KAEMMERER
MCMVI

PATRI MEO

S

ecorum et Roma-
lederit, eum fugere
e a populis exteris
comparavisse ratos
Itaque a Graecis,
deus Hammon *Ζεὺς*
ano de dea Syr. 32
μπαντα ἀτρεκέϊ λόγῳ
Ἀφροδίτης καὶ Σελη-
ud Romanos Cornelius
raro adhibuit, „inter-
Germ. 43 („sed deos
rem Pollucemque me-

graecorum Romani iam
i sunt, cum ex inter-
Andronicus, Romanorum
lingua graeca in latinam
is, litteris mandavit, iam
e sit.[1]) Qui auctor non
ία cum Iove, *Ἥραν* cum
ed etiam audacioribus ad-
Camena (frg 1), *Μοῖραν* cum
um Moneta (frg 22) com-

us der Römer 59; Gesam-

I

Quisquis religioni veterum et Graecorum et Romanorum et populorum orientalium operam dederit, eum fugere non poterit illos saepe, quo melius quae a populis exteris colerentur numina intellegerent, cum suis comparavisse ratos omnibus gentibus eadem esse numina. Itaque a Graecis, ut exemplum afferam, Aegyptiorum deus Hammon *Ζεὺς Ἄμμων* appellatur deaque Syria a Luciano de dea Syr. 32 hunc in modum explicatur: *τὰ μὲν σύμπαντα ἀτρεκέϊ λόγῳ Ἥρη ἐστί, ἔχει δέ τι καὶ Ἀθηναίης καὶ Ἀφροδίτης καὶ Σεληναίης καὶ Ῥέης καὶ Ἀρτέμιδος κτλ.* Apud Romanos Cornelius Tacitus hunc usum, quem ipse haud raro adhibuit, „interpretationem Romanam“ appellavit Germ. 43 („sed deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant“).

Interpretatione autem deorum graecorum Romani iam ante receptas litteras Graecas usi sunt, cum ex interpretationibus multas, quas Livius Andronicus, Romanorum poeta vetustissimus, in Odisia e lingua graeca in latinam vertenda primus, quantum scimus, litteris mandavit, iam ante illum factas esse verisimile sit.[1] Qui auctor non solum, quod in proclivi erat, *Δία* cum Iove, *Ἥραν* cum Iunone, *Κρόνον* cum Saturno, sed etiam audacioribus adhibitis rationibus *Μοῦσαν* cum Camena (frg 1), *Μοῖραν* cum Morta (frg 12), *Μνημοσύνην* cum Moneta (frg 22) comparavit.

---

1) Wissowa, Religion und Kultus der Römer 59; Gesammelte Abhandlungen 82 sq.

Postea autem, cum legiones victrices provincias pacavissent, interpretatio numinum barbarorum saepe adhibita floruit, quam diu Olympi dei culti sunt. Itaque cum de deorum barbarorum interpretatione Romana in hoc opusculo pauca disserere animum induxerim, fontes mihi erunt tituli, rerum scriptores, artis monumenta, ex quibus interdum, dummodo recte interpreteris, dilucide cognosci potest, quae fuerit et Romanorum et barbarorum in explicandis dis peregrinis opinio. Sed ut, quid in universum Romani de ea quam dixi interpretatione senserint discamus, primum eos locos recensebo, quibus scriptores Romani aut Graecorum vestigia prementes aut suo iudicio usi numina peregrina Romanorum deorum nominibus explicaverunt.

Etenim ubicumque deos in Aegypto et in regionibus orientalibus cultos Romani explicant, semper fere Graecos sequuntur; itaque ut illi omnibus temporibus Ammonem cum Iove comparaverunt,[1]) alios deos Aegyptiacos cum Apolline, Venere, Iove, Mercurio, Hercule composuerunt, quem in Aegypto cultum esse Herodotus (II 113) et Strabo (XVII 801) nos docent (Plin. n. h. V 60: „Celebrantur tamen Apollinis, mox Leucotheae Diospolis magna, eadem Thebe, portarum centum nobilis fama, Coptos Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium, mox Veneris oppidum et iterum Iovis . . . dein Ptolemais et Panopolis ac Veneris iterum et in Libyco Lycon, ubi montes finiunt Thebaidem. Ab iis oppida Mercuri, Alabastron, Canum et supra dictum Herculis"; idem n. h. VII 192: „Litteras semper arbitror Assyriis fuisse, sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt"). De Hercule in Aegypto culto Tacitus quoque refert annal. II 60: „Inde proximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenae ortum apud se et antiquissimum perhibent." Plinius Theo-

1) Cic. de nat. d. I 82. Plin. n. h. V 228. Val. Max. IX 5 ext. 1. Lucan. Phars. IX 531 sq.: „Stat sortifer illic Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans aut similis nostro, tortis sed cornibus Hammon."

phrasto se auctore usum esse ipse dicit n. h. XXXVII 74: „Theophrastus tradit in Aegyptiorum commentariis reperiri . . . fuisse apud eos in Iovis delubro obeliscum . . ., se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stelen amplam." Tacitus quoque Graecos sequitur eo loco (hist. IV 83: „Timotheus quaesitis qui in Pontum meassent, cognoscit urbem illic Sinopen, nec procul templum vetere inter accolas fama Iovis Ditis: namque et muliebrem effigiem adsistere, quam plerique Proserpinam vocent"), quo Serapidis dei originem exponit, quamquam, unde quae tradit sumpserit, nescimus, et de variis dei ex peregrina regione arcessiti interpretationibus haec dicit (hist. IV 84): „Deum ipsum multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus, quidam Osirin, antiquissimum illis gentibus numen, plerique Iovem, ut rerum omnium potentem, plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta sunt, aut per ambages coniectant." Quem ad deum Ammiani Marcellini locus referendus videtur esse (XXII 14, 7): „[Apis] ducitur Memphim, urbem frequentem praesentiaque numinis Aesculapii claram."

Aethiopum dei cum Apolline et Iove (Plin. n. h. VI 189: „Megabarri oppidum habent Apollinis"; n. h. XII 89: „Iovem hunc intellegunt aliqui, Assabinum illi [Aethiopes] vocant"), Babyloniorum et Assyriorum cum Iove, Hercule, Apolline comparantur (Plin. n. h. VI 121: „Durat adhuc ibi [Babylone] Iovis Beli templum." Tac. annal. II 13: „Interea Gotarzes apud montem [Assyriae], cui nomen Sambulos, vota dis loci suscipiebat, praecipua religione Herculis."[1]) Hist. Aug. Verus 8, 1: „nata fertur pestilentia in Babylonia, ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles forte inciderat, spiritus pestilentiae evasit"). In Cappadocia Bellonae occurrimus (Caes. bell. Alex. 66: „Comana venit, vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius deae maiestate, imperio, potentia secundus a rege consensu illius gentis habeatur"),

---

1) cf. ea, quae Andresen ad hunc locum adnotat.

quam deam iam Graeci[1]) Ἐννώ appellaverunt, Dianae apud Phrygios Lydosque (Gran. Licin. ed. Flemisch p. 5: „Asturcone pompam habebat Antiochus et se simulabat Hierapoli Dianam ducere uxorem". Tac. annal. III 62: „Altius Hierocaesarienses exposuere: Persicam aput se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum"), Aesculapio apud Carthaginienses (Liv. XLI 22, 2 et XLII 24, 3), ubi Ἀσκληπιεῖον fuisse Strabo XVII 832 narrat. Carthaginiensium deam Graecos Οὐρανίαν,[2]) Romanos Caelestem[3]) appellare in vulgus notum est.

Alios deos Romani proprio Marte explicaverunt, quamquam vix dubium est, quin multo saepius, quam nunc ostendi potest, Graecorum interpretationem receperint. Carthaginiensium ergo dea maxima ab iis cum Iunone comparatur,[4]) cum Veneris Punicae Valerius Maximus mentionem faciat (II 6, 15: „Cui gloriae Punicarum feminarum dedecus subnectam: Siccae enim fanum est Veneris"). De Hispanorum dis pauca Plinius (n. h. XVI 216: „Memorabile in Hispania Sagunti templum Dianae a Zacyntho advectae cum conditoribus") et Macrobius referunt (Sat. I 19, 5: „Accitani etiam, Hispana gens, simulacrum Martis radiis ornatum maxima religione celebrant, Neton[5]) vocantes").

Sed cum interpretatio Romana in Gallia et Germania maxime floruerit, nostra magni interest cognoscere, quid apud scriptores de illarum gentium deis legamus. Ac dilucide C. Iulius Caesar, quae tum a Gallis colebantur, numina explicat (bell. gall. VI 17: „Deorum maxime Mercurium colunt. Huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maxi-

---

1) Plutarch. Sulla. 9. Strabo XII 535 τὸ τῆς Ἐνυοῦς (= Bellonae) ἱερὸν ἣν ἐκεῖνοι Μᾶ ὀνομάζουσιν.

2) Herodian. V 6, 4.

3) Wissowa, Relig. u. Kult. p. 312.

4) Cic. Verr. IV 103. Hor. carm. II 1, 25. Vergil. Aen. I 15. 446. Plin. n. h. VI 200. cf. Serv. ad Aen. XII 841.

5) cf. C. J. L. II 365. 3386.

mam arbitrantur. Post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere quam reliquae gentes habent opinionem: Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere“) et de origine Gallorum haec verba facit (bell. gall. VI, 18): „Galli se omnes a Dite patre prognatos praedicant“. Mercurium et Minervam apud eos summa auctoritate usos esse Plinius et Justinus affirmant (Plin. n. h. XXXIV 45: „Verum omnem amplitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra Zenodorus Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis per annos decem“. Iust. XLIII 5, 5: „Dux consensu omnium Catumarandus regulus eligitur. Qui cum magno exercitu lectissimorum virorum urbem obsideret, per quietem minis torvae mulieris, quae se deam dicebat, exterritus ultro pacem cum Massiliensibus fecit petitoque ut intrare [illi] urbem et deos eorum adorare liceret, cum in arcem Minervae venisset, conspecto in porticibus simulacro deae, quam per quietem viderat, repente exclamat illam esse, quae se nocte extervuisset“).

Ab eisdem auctoribus, Caesare et Tacito, accepimus ea, quae de nostrorum maiorum religione scimus. Sed cum Caesaris temporibus Romani ad Germanorum deos explicandos suorum numinum nomina nondum adhibuisse videantur (Caes. bell. gall. VI 21: „Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, solem et Vulcanum[1]) et lunam, reliquos ne fama quidem acceperunt“), Tacitus centum quinquaginta annis post deos et omnium Germanorum et singularum gentium explicare studet (Germ. 9: „Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent; Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Sueborum et Isidi sacrificat: unde causa et origo peregrino sacro parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem“; annal. II 12:

1) Vulcanus hic pro igne ponitur, cf. Müllenhoff D. A. IV 31.

„convenisse et alias nationes in silvam Herculi sacram"). Apud Chattos Martem Mercuriumque coli Tacitus putat (annal. XIII 57: „Sed bellum Hermunduris prosperum Chattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere"), apud eas gentes, quae prope Langobardos sedes habent, Terram matrem (Germ. 40: „Nec quicquam notabile in singulis, nisi quod in commune Nerthum, id est Terram matrem colunt",[1]) apud Naharvalos Castorem Pollucemque (Germ. 43: „Apud Naharvalos antiquae religionis lucus ostenditur. Praesidet sacerdos muliebri ornatu, sed deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini, nomen Alcis"), apud Tencteros Martem (hist. IV 64: „Communibus deis et praecipuo deorum Marti[2]) grates agimus").

Iudaeorum deum Sabaoth minus recte cum Sabazio[3]) confusum Graeci cum Libero, Romani cum Jove comparant (Val. Max. I 3, 3: „Idem Judaeos, qui Sabazi Jovis cultu Romanos inficere mores conati erant, repetere domos suas coegit"), cum Tacitus eo historiarum loco (V 5), ubi Iudaeorum mores describit, illorum deum nomine Romano non appellet refutans eos, qui Liberum patrem ibi coli arbitrabantur. Solinus apud Britannos Minervam occurrere narrat (22, 10: „In quo spatio magna et multa flumina, fontes calidi opiparo exculti apparatu ad usum mortalium. Quibus fontibus praesul est Minervae numen"). Aquileiae et in Alpium parte orientali secundo saeculo Belenus deus praeter ceteros tantopere floruit, ut ne rerum quidem scriptores silentio eum praeterirent; apud Herodianum enim legimus haec (VIII 3, 8): *Καὶ χρησμοί δέ τινες ἐδίδοντο, ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου*

1) Tacitus eas caerimonias, quibus Romae Magna Mater colebatur, in describenda Nerthus religione adhibuisse videtur. Wissowa, Rel. und Kult. 264.

2) Procop. de bell. Goth. II 15, 24 de incolis Thules insulae haec dicit: *τῶν δὲ ἱερείων τὸ κάλλιστον ἄνθρωπός ἐστιν, ὅνπερ δορυάλωτον ποιήσαιντο πρῶτον. τοῦτον γὰρ τῷ Ἄρει θύουσιν, ἐπεὶ αὐτὸν νομίζουσι μέγιστον εἶναι.*

3) Wissowa, Rel. u. Kult. 315.

θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου· Βέλενον (βέλεν cod. Ven.) *δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες*) et in Hist. Aug. haec (Maximini duo 22, 1): „Quibus populus paene consenserat, nisi Menophilus cum collega restitisset dicens etiam deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse vincendum. Unde etiam postea Maximiani milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse debere.“ Ac similis dei Granni a Celtis maxime culti Cassius Dio mentionem facit, ubi de Caracalla imperatore narrat (LXXVII 15, 6): *Οὔτε γὰρ ὁ Ἀπόλλων ὁ Γράννος οὔθ' ὁ Ἀσκληπιὸς οὔθ' ὁ Σάραπις καίπερ πολλὰ ἱκετεύσαντι αὐτῷ πολλὰ δὲ καὶ προσκαρτερήσαντι ὠφέλησεν.* Quae numina Romani in Chersoneso Taurica et apud Scordiscos in Thracia cum suis comparaverint, Ammianus Marcellinus nos docet (XXII 8, 34): „Dis enim [in Chersoneso Taurica] hostiis litantes humanis et immolantes advenas Dianae, quae apud eos dicitur Orsiloche, caesorum capita fani parietibus praefigebant“ (XXVII 4, 4): „Et partem earum [Thraciarum] habitavere Scordisci, longe nunc ab isdem provinciis disparati, saevi quondam et truces, ut antiquitas docet, hostiis captivorum Bellonae litantes et Marti.“

II

Verumtamen non solum auctores docti numen barbarum eius dei Romani nomine explicaverunt, cui cum deo barbaro maxima similitudo esse videbatur, sed etiam ei populi Romani ordines, qui a doctorum virorum studiis plane aberant, milites, mercatores, servi aliique multi in suis religionibus colendis eadem ratione usi sunt. Qui homines, cum litteris nihil mandaverint, quo modo interpretatione Romana usi sint, nesciremus, nisi permulti tituli sacri inde a Neronis temporibus usque ad quartum saeculum et a

Romanis et a barbaris victorum rationem imitantibus positi ad nos pervenissent. Collegi igitur in hoc capite ex immenso numero titulorum sacrorum per provincias imperii Romani inventorum eos, in quibus deo Romano cognominis loco adiungitur nomen numinis barbari additis eis testimoniis, quae aut ad idem numen barbarum solum pertinent aut in eadem regione eundem deum Romanum omisso cognomine barbaro cultum esse docent, omissa cognominum a locis ductorum mentione. Ab iis deis initium facio, qui maxime ad numina barbara explicanda adhibiti sunt.[1])

Mars.

1. deus Mars Alator (in Britannia) C. J. L. VII 85
2. Mars Albiorix (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 1300 = D. 4542
3. *Marti Beladoni* „ „ . C. J. L. XII 503 = D. 4546
4. Mars Belatucadros (in Britannia) Eph. epigr. VII 1084
   deus Mars Belatucadros C. J. L. VII 318 = D. 4543. 746. 957. 885
   Belatucadros C. J. L. VII 369. Eph. epigr. III p. 128 n. 92
   deus Belatucadros C. J. L. VII 294. 295 = D. 4545 333. 745. 873. 874. 934. 935. Eph. epigr. VII 1053. D. 4544
   deus sanctus Belatucadros C. J. L. VII 314. 337
   Idem deus in eadem regione appellatur deus sanctus Mars C. J. L VII 884
5. Mars Camulus (in Germ. inf.) D. 235
   cf. titulum Romae a cive Remo dedicatum C. J. L. VI 46 = D. 4633 et Dalmatinum C. J. L. III S. 8671?
   deus Mars Camulus (in Britannia) C. J. L. VII 1103

---

1) In enumeratione haec signa adhibui: D. = Dessau, Inscriptiones Latinae Selectae; Br. = Brambach, Corpus Inscriptionum Rhenanarum.

6. Mars Caturix (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5035. 5046 = D. 4552 5054. 6474 = D. 4553. 3971

Idem deus in eadem regione, ut videtur, appellatur Mars C. J. L. XIII 5036. 5037. 5053.

7. Mars Cicolluis (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5597—5603
deus Mars Cicolluis C. J. L. XIII 5479 = D. 4554
aug. deus Mars Cicolluis D. 4555
„ „ (in prov. Lugdun.) C. J. L. XIII 2887

8. Mars Cnabetius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6455. 6572 = D. 4556
deus Mars Cnabetius C. J. L. XIII 4507
Cnabetius C. J. L. XIII 4508 a

9. Mars Cocidius[1]) (in Britannia) C. J. L. VII 914 = D. 4724
deus Mars Cocidius C. J. L. VII 643. 886 = D. 4724b
deus sanctus Mars Cocidius C. J. L. VII 286. 977
Cocidius genius praesidii C. J. L. VII 644
deus Cocidius C. J. L. VII 701. 800. 801. 802 = D. 4722. 803. 804. 876
sanctus Cocidius C. J. L. VII 974
deus sanctus Cocidius C. J. L. VII 953 = D. 4724a. D. 4721

Idem deus in eadem regione appellatur deus Mars C. J. L. VII 285. 651.

10. Mars Corotiacus (in Britannia) C. J. L. VII 93a

11. *Cososo deo Marti suo aug.* (in Aquitania) C. J. L. XIII 1353 = D. 4559

12. Divanno Dinomogetimarus Martes (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 4218 = D. 4585

13. Mars Giarinus (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 332 = D. 4560

14. *Marti Halamard* (in Germ. sup.) D. 4561

---

1) cf. titulum infra n. 82 Silvano Cocidio dedicatum.

15. Mars Ilihunnus vel Lelhunnus (in Aquitania)
C. J. L. XIII 422. 423 = D. 4534. 424. 425

Idem deus in eadem regione appellatur deus Mars C. J. L. XIII 420; Mars dominus C. J. L. XIII 421.

16. deus Mars Intarabus (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3653 = D. 4562
deus Intarabus " C. J. L. XIII 4128 = D. 4563. 3632 = D. 4564

17. *Marti Latobio Harmogio Toutati Sinati Mog . . . enio* (in Norico) C. J. L. III 5320 = S 11721 = D. 4566
Latobius " C. J. L. III 5321
Latobius aug. C. J. L. III 5097. 5098 = D. 4567

18. Mars Leherennus (in Aquitania) C. J. L. XIII 100. 111 = D. 4533 a
Leherennus Mars C. J. L. XIII 108—110. 112. 113 = D. 4533 b. 114
Leherennus C. J. L. XIII 97. 106. 107
deus Leherennus C. J. L. XIII 96
Leherennus deus C. J. L. XIII 98 = D. 4533. 101—105

Idem deus in eadem regione appellatur Mars C. J. L. XIII 115; deus Mars C. J. L. XIII 116. 117

19. Lenus Mars (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3970. 4122. Hettner, cat. mus. Trev. 60
deus Lenus Mars C. J. L. XIII 4137 = D. 4570

Idem deus graece vocatur Λῆνος Ἄρης, latine Mars in titulo bilingui C. J. L. XIII 7661 = D. 4569

20. deus Mars Leucimalacus (in Alpibus maritimis) C. J. L. V 7862 a = D. 4571
Leucimalacus C. J. L. V 7862 = D. 4571 a

21. Mars Loucetius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6221 = D. 4573 7241 = D. 4572 a. 7661

Mars Louc[etius] aug. (in prov. Lugdun.) C. J. L. XIII 3087

Mars Leucetius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 7608. 7242 = D. 4572. 7412 = D. 4586b

Loucetius Mars et Nemetona (in Britannia) C. J. L. VII 36 = D. 4586a

Idem par deorum invocari videtur in finibus Nemetum: Mars et Nemetona C. J. L. XIII 6131 = D. 4586

22. Mars Marmogius aug. (in Pannonia) C. J. L. III S. 10844 = D. 4574

Marmogius C. J. L. III 5672 = S. 11815

23. deus Mars Medocius (in Britannia) D. 4576

24. Mars Mogetius (in Aquitania) C. J. L. XIII 1193 = D. 4577

25. Mars Mullo (in prov. Lugdun.) C. J. L. XIII 3102. 3148—3149

aug. Mars Mullo C. J. L. XIII 3101. 3096 = D. 4578

26. Mars Nabelcus (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 1169—1171

27. deus Mars Noadatus (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6740

28. Mars Olloudius (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 166 = D. 4580. 167?

(in Britannia) C. J. L. VII 73

29. *Marti Randosati* (in Aquitania) C. J. L. XIII 1516 = D. 4583

30. Mars Rigisamus (in Aquitania) C. J. L. XII 1190

(in Britannia) C. J. L. VII 61

31. deus Mars aug. Rudianus (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 1566 = D. 4582a. 2204

deus Rudianus C. J. L. XII 381. 382

32. Mars Segomo (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5340

(in prov. Lugdun.) C. J. L. XIII 1675 = D. 4537. 2846 = D. 4539

Mars Segomo Dunatis C. J. L. XIII 2532 = D. 4538

Segomo (in Alpibus maritimis) C. J. L. V 7868

33. Mars Smertatius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 4119
34. deus Mars Thingsus (in Britannia) D. 4760

Idem deus in eadem regione ab eisdem Germanis civibus Tuihantis appellatur deus Mars D. 4761.

35. Mars Toutates (in Britannia) C. J. L. VII 84. Eph. epigr. III p. 128 ad n. 335?
cf. titulum Romae *Toutati Medurini* dedicatum C. J. L. VI 31182 = D. 4691 et supra n. 17
36. Mars Vintius[1]) (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 3
aug. Vintius C. J. L. XII 2558 = D. 4848

Mercurius.

37. Mercurius Adsmerius (in Aquitania) C. J. L. XIII 1125 = D. 4587
deus Atesmerius (in prov. Lugd.) C. J. L. XIII 3023 = D. 4588
38. Genius Mercurii Alauni (in Germ. sup.) C. J. L XIII 6425 = D. 4589
39. Mercurius Arvernus (in Germ. sup.) D. 4590. Br. 593. Br. 2029
(in Aquitania) C. J. L. XIII 1522
Mercurius Arvernorix (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6603 = D. 4592
Advernus D. 4591
40. deus Mercurius Cambus (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6091
41. *Mercuri Chunnini*[2]) (in Germ. inf.) D. 4594

1) cf. titulos infra n. 92 Vintio Polluci dedicatos.

2) De Mercurio Cannenefatium cogitavit Scherer S.-Ber. d. Berl. Akad. 1884 p. 577 not. 1; aliter Much, Zeitschr. f. deutsch. Altert. XXXV 1891 p. 208.

42. Mercurius Cissonius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3659. 7359
deus Mercurius Cissonius C. J. L. XIII 5373 = D. 4598
. . 6085
deus Cissonius C. J. L. XIII 6119

43. *deo Mercurio Vassocaleti*[1]) (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 4130 = D. 4604

44. Mercurius Visucius (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3660. 6118
(in prov. Lugdun.) C. J. L. XIII 577 = D. 4605. 576 = D. 4606[2])
Visucius Mercurius C. J. L. XIII 6347
Mercurius Visucius et sacta (!) Visucia C. J. L. XIII 6384 = D. 4608
Visucius C. J. L. XIII 5991. 6404 = D. 4607

Idem deus, ut videtur, vocatur in eadem regione Mercurius C. J. L. XIII 3657. 3658

Iuppiter.

45. Iuppiter o. m. Arubianus et Bedaius (in Norico) C. J. L. III 5580 = D. 4853 (A. 219 p. Chr.)
Bedaius aug. C. J. L. III S. 11777 = D. 4854 (A. 209) 11778 = D. 4855 (A. 225 ?) 5572 = D. 4857 (A. 237). 5581 = D. 4858 (A. 219)

46. Iuppiter Beellefarus C. J. L. VI 30934 = D. 4343. 31168 = D. 4342

47. Iuppiter Beisirisse (in Aquitania) C. J. L. XIII 370

48. Iuppiter o. (sic!) Bussumarus (in Dacia) C. J. L. III 1033
Juppiter o. m. Bussumarius D. 4621 cf. III S. 12403

49. Iuppiter o. m. Hammon C. J. L. III S. 11128 = D. 4425 (A. 234) C. J. L. III 3463. VI 378

---

1) O. Hirschfeld, S.-Ber. d. Berl. Akad. 1897 p. 1113 not. 1. Greg. Turon. hist. Franc. I 29. Pauly-Wissowa R-E. II, 1489 sq.

2) In titulo legimus *Viduco*; fortasse legendum esse *Viduco* observat O. Hirschfeld.

Iuppiter Hammon C. J. L. VIII 9018 = D. 4428

Iuppiter o. m. Hammon Chnubis C. J. L. III 75[1])

Iovi Hammoni barbaro Silvano sacerdotes dei barbari Silvani (Carthagine) D. 4427

Iuppiter Hammon et Silvanus (in Germ. sup.) C. J. L. VI 378 = D. 4426

50. Iuppiter Sabazius C. J. L. VI 429—430 = D. 4086—4087

Iuppiter o. m. deus Sabadius C. J. L. VI 31164 = D. 2189 (A. 241)

numen aug. deus Iuppiter Sabasius C. J. L. XIII 1496 = D. 4091

Iuppiter o. m. Sabasius conservator D. 2294

51. Iuppiter Sarsus (in Paphlagonia) D. 4081

52. Iuppiter o. m. Serapis C. J. L. III 3 = D. 4395. VI 402 = D. 4396. D. 4393

Iuppiter Serapis C. J. L. VII 298 = D. 4392. XIV 47 = D. 4402

Serapis Iuppiter C. J. L. VI 707 = D. 4399[2])

53. Iuppiter o. m. Sucaelus (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6730 = D. 4615

deus Sucellus C. J. L. XIII 5057 D. 4614

(in Gall. Narb.) C. J. L. XII 1836

deus Sucelus (in Britannia) Eph. epigr. III, 181 = D. 4689

54. Iuppiter o. m. Tanarus (in Britannia) C. J. L. VII 168 = D. 4622 (A. 154)

55. Iuppiter Taranucus (in Dalmatia) C. J. L. III 2804 = D. 4623

deus Taranucnus (!) (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6478 = D. 4624. 6094 = D. 4625

56. Iuppiter o. m. Uxellimus (in Norico) C. J. L. III 5145 = D. 4626

---

1) cf. C. J. Gr. 4893 Χνούβει τῷ καὶ Ἄμμωνι

2) cf. titulum infra n. 85 Sarapidi Neptuno dedicatum.

Sol.

57. Sol Alagabalus — C. J. L. VI 708 = D. 4329. 2269 = D. 4330
deus Sol Alagabalus — C. J. L. III 4300 = D. 4332

58. deus Sol Hierobolus — C. J. L. III 1108 = D. 4344

59. deus Sol invictus[1]) Malachibelus — C. J. L. VI 31036 = D. 4338

60. Sol invictus Mithras[2]) — C. J. L. III 1436 = D. 4229. C. J. L. V 5795 = D. 4224. VI 719 = D. 4238 = VI S. 30819. VII 645 = D. 4230. C. J. L. XIV 66 = 4227. 3567 = D. 4237

Iuno.

61. Iunones Gabiae (in Germ. sup.) Br. 394
Gabiae — Br. 559—560. 2050
Matronae Gabiae — Br. 557—558

62. Iunones Matronae (in Gall. Cisalpina) C. J. L. V 5249 = D. 3122. 3237
Matronae — C. J. L. V. 5252

Eaedem deae in eadem regione vocantur
Iunones — C. J. L. V. 780. 781 = D. 3119. 782. 8230. 3234—3236. 4221—4228 4157. 4854. 5248
Iunones aug. — C. J. L. V 3238. 3239 = D. 3116. 3240 = D. 3117

1) Wissowa, Rel. u. Kult. 305.
2) cf. Cumont, Textes et monuments figurés relatifs aux mystères de Mithras et in Roscheri lex. mythol. II 3029.

63. Iuno Nemesis[1]) (in Pannonia) C. J. L. III S. 11121 = D. 3743

64. Suleviae Iunones (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3561 = D. 4775

Suleviae C. J. L. VI 767. 768 = D. 4776 (A. 160) C. J. L. III 1156.[2]) 1601. 5900. XII 1180. XIII 5027 = D. 4774. VII 37. D. 4772. Eph. epigr. VII 844 = D. 4777. Ihm, annal. Bonn. 83 p. 146 n. 285

Suleviae deae D. 4773

De Suleviis in titulis equitum singularium cf. C. J. L. VI fasc. 4 p. 2 p. 3069

Minerva.

65. Minerva Belisama (in Aquitania) C. J. L. XIII 8 = D. 4663, cf. titulum celticum Vasione reprctum C. J. L. XII p. 162. *Βηλήσαμι*

66. dea Sul Minerva (in Britannia) C. J. L. VII 39. 42. 43 = D. 4660

dea Sul C. J. L. VII 40. 41. 44. 53

(in Germ. sup.) C. J. L. XIII 6266[3])

Sul dea (in Britannia) D. 4661

67. Sul[e]via Idennica Minerva (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 2974 = D. 4662

Apollo.

68. Apollo Anextiomarus (in Britannia) Eph. epigr. VII 1162 = D. 4636

69. Genius Apollinis Atepomari (in Aquitania) C. J. L. XIII 1318 = D. 4637

---

1) cf. titulos infra n. 89, in quibus Diana Nemesis invocatur.

2) Legimus in titulo *Sule*; incertum est, utrum Suleviae an dea Sul Britannorum intellegenda sit.

3) cf. Ihm, annal. Bonn. 83, 1887 p. 81.

70. Apollo Belenus (in Gall. Cisalp.) C. J. L. V 732 = D. 625. 737 = D. 4869. 8212

Apollo Belenus aug. C. J. L. V 741. 748 = D. 4871 749 = D. 4873. 753

Belenus C. J. L. V 733. 736. 739. 740. 743. 750. 751. D. 4867. D. 4872

(in Gall. Narb.) C. J. L. XII 401. 5693, 12[1])

(in Aquitania) C. J. L. XIII 1461

(in Norico) C. J. L. III 4774 = D. 4866

Belenus aug. (in Gall. Cisalp.) C. J. L. V 1866. 2143. 2144. 2146

(in Gall. Narb.) D. 4866ᵃ

Fons Belenus (in Gall. Cisalp.) C. J. L. V 754. 755

Idem deus invocatur a militibus ex Pannonia oriundis C. J. L. VI 2800 = S. 32544

71. deus Apollo Borvo (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5911 = D. 4656

Borvo C. J. L. XIII 5914. 5915—5917. 5919

deus Borvo C. J. L. XIII 5913. 5918. 5920

Borvo aug. C. J. L. XIII 5912

Bormo (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 2443. 2444

72. deus Apollo Cobledulitavus (in Aquitania) C. J. L. XIII 939 = D. 4638

73. Apollo Grannus (in Germ. sup.) Br. 566. 1614

(in Scotia) C. J. L. VII 1082 = D. 4646

(in Norico) C. J. L. III 5861 = D. 4650. 5870. 5871. 5873 = D. 4651. 5876. 5881

deus Apollo Grannus C. J. L. III 5874

Apollo Grannus et Sirona (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 4129

(in Norico) C. J. L. III 5588

1) cf. Ihm, Pauly-Wissowa R.-E. III 201.

Apollo Grannus Mogounos (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5315 = D. 4649
deus Apollo Grannus Phoebus C. J. L. XIII 3635
Grannus D. 1195

74. Apollo Maponus (in Britannia) C. J. L. VII 1345 = D. 4639
deus Maponus C. J. L. VII 232 = D. 4640

75. Apollo Siannus (in prov. Lugd.) C. J. L. XIII 1669
Siannus (in Aquitania) C. J. L. XIII 1536

76. Apollo Toutiorix (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 7564 = D. 4641

77. deus Apollo Vindonnus (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 5644 = D. 4642
[deus Apollo Vind]onnus et Fontes C. J. L. XIII 5645 = D. 4643
Vindonnus C. J. L. XIII 5646

78. Apollo Virotutes (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 2525 = D. 4644
Virotutes (in prov. Lugd.) C. J. L. XIII 3185

Hercules.

79. Ercules deus Andossus (in Aquitania) C. J. L. XIII 226
Hercules Toleandossus invictus C. J. L. XIII 434 = D. 4535

Idem deus vocatur in eadem regione Hercules C. J. L. XIII 227. 228; Hercules invictus C. J. L. XIII 229

80. *Herculi Ilunno Andose* (in Gallia Narb.) C. J. L. XII 4316 = D. 4536

In eiusdem arae parte aversa legimus: *deus Hercules invictus*

Ilunnus (in Aquitania) C. J. L. XIII 27 = D. 4529
Astus Ilunnus deus C. J. L. XIII 31 = D. 4529a

81. Hercules Magusanus[1]) (in Germ. inf.) Br. 51. D. 4629. D. 4630
Annal. Bonn. 73 p. 74. Eckhel Doctr. N. VII 444
(in Britannia) C. J. L. VII 1090 = D. 4628

Silvanus.

82. deus Silvanus Cocidius[2]) (in Britannia) C. J. L. VII 642 = D. 4723

83. Silvanus Sinquatis (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3968 = D. 4688
deus Sinquatis C. J. L. XIII 3969 = D. 4687

Neptunus.

84. Bindus Neptunus[3]) (in Dalmatia) C. J. L. III S. 14323—14328. 15066 ?

Idem deus vocatur, ut videtur, in eadem regione Neptunus C. J. L. III 1794. 2827. 2970

85. Sarapis Neptunus aug. (in Africa proc.) C. J. L. VIII 1002 = S. 12462 = D. 4390

Saturnus.

86. deus Alus Saturnus (in Gall. Cisalp.) C. J. L. V 4198 = D. 4904
d(ominus) d(eus)? Alus[5]) C. J. L. V 4197 = D. 4903

---

1) cf. Golther, Handb. d. germ. Mythol. 243 not 3.
2) cf. titulos supra n. 9. Marti Cocidio dedicatos.
3) Patsch, wissenschaftl. Mitteilungen aus Bosnien u. der Herzegowina VI 1898 p. 154 sq. Pauly-Wissowa R.-E. Suppl. I 251.
4) cf. titulos supra n. 52. Iovi o. m. Serapidi dedicatos.
5) cf. Dessau ad n. 4903.

Idem deus, ut videtur, appellatur in eadem regione:

Saturnus C. J. L. V 5021 = D. 4905. 3293 = D. 3328. 3292. 5056. 5067. 5068a 5069. 8844

Saturnus aug. C. J. L. V 5068

87. Saturnus Balcaranensis (in Afr. proc.) D. 4444^{b-d} (A. 166)

deus magnus Balcara D. 4444 a

Diana.

88. Diana Abnoba (in Germ. sup.)

C. J. L. XIII 5334. 6283 = D. 3915 (A. 193)

Abnoba C. J. L. XIII 6356. 6357 = D. 3914. Br. 1690?

dea Abnoba C. J. L. XIII 6326 (simulacrum Dianae.)

Dea in eadem regione vocatur Diana C. J. L. XIII 6112. 5335

89. dea Diana Nemesis aug. (in Pannonia)

C. J. L. III 10440 = D. 3742

Nemesis C. J. L. III 10439 = D. 3741. 10441 = D. 3740. 10442

Victoria.

90. dea Victoria Brigantia[2]) (in Britannia)

C. J. L. VII 200 = D. 4719 (A. 205). D. 4720

Brigantia C. J. L. VII 1062

dea Brigantia C. J. L. VII 203. D. 4717

Proserpina.

91. dea Ataecina Turibrigemis Proserpina (in Hispania)

C. J. L. II 462

dea sancta A(taecina) T(uribrigensis) P(roserpina)

C. J. L. II 461

dea sancta Turibrigensis C. J. L. II 71

domina Turibrigensis Adaegina C. J. L. II 605

---

1) cf. titulum supra n. 63, in quo Iuno Nemesis invocatur.

2) C. J. L. VII 875 dea Nympha Brigantia invocatur.

Pollux.

92. Vintius aug. Pollux (in Gall. Narb.)
C. J. L. XII 2561
deus Vintius Pollux C. J. L. XII 2562 = D. 4848a
aug. Vintius[1]) C. J. L. XII 2558 = D. 4848

III

Enumeratis omnibus deis Romanis, qui in titulis adiuncto cognomine barbaro cum dis exteris comparantur, antequam interpretationis Romanae varia genera exponamus, de titulorum specie pauca disserenda sunt. Etenim cum plerique tituli nil nisi utriusque dei, Romani barbarique, nomina exhibeant, ita ut deus Romanus priorem obtineat locum, persaepe cognomina quaedam adduntur. Itaque cum Martem Camulum (5), Martem Cnabetium (8), Martem Cocidium (9), Martem Ilihunnum (15), Apollinem Borvonem (71), Apollinem Grannum (73), Silvanum Sinquatem (83) invocari videamus, interdum deus Romanus deo barbaro nescio qua de causa postponitur, ut semper invocantur in Germania superiore Lenus Mars (19) et semel Visucius Mercurius (44), in Dalmatia semper Bindus Neptunus (84), in Britannia semper Sul Minerva (66) et semel Loucetius Mars (21), in Aquitania semel Cososus Mars (11), cum modo Mars Leherennus, modo Leherennus Mars appelletur deus Aquitanicus (18). In multis autem titulis et deus Romanus coniunctus cum deo barbaro (verbi gratia Mars Cocidius) et deus barbarus solus (Cocidius) et deus Romanus solus barbari loco invocatus (Mars) promiscue *dei, augusti, sancti* nominantur, et quo melius, quatenus haec vocabula adhibita sint, cognoscatur, tabulam propono, ex qua patefiat, quotiens vocetur 1) deus vel dominus (simul notans, quotiens eiusdem numinis invocatio dei vocabulo careat), 2) augustus, 3) sanctus, 4) augustus deus vel deus sanctus.

1) cf. supra n. 36.

Dei autem appellantur haec numina:

deus Mars Alator (1) semel	—
deus Mars Belatucadros (4) quater	Mars Belatucadros — semel
deus Belatucadros (4) — decies	Belatucadros — bis
deus Mars Camulus (5) — semel	Mars Camulus — bis
deus Mars pro Ilihunno (15) — semel	—
deus Mars Cicolluis (7) — semel	Mars Cicolluis — septies
deus Mars Cnabetius (8) semel	Mars Cnabetius — bis
deus Mars Cocidius (9) — bis	Mars Cocidius — semel
deus Leherennus (18) — semel	Leherennus — ter
deus Lenus Mars (20) — semel	Lenus Mars — bis
deus Mars Noadatus (27) — semel	—
deus Mars Thingsus (34) — semel	—
deus Mars pro Marte Thingso (34) — semel	—
deus Mercurius Cambus (40) semel	—
deus Mercurius Cissonius (42) — bis	Mercurius Cissonius — bis
deus Cissonius (42) — semel	—
deus Mercurio Vassocaleti (43) — semel	—
deus Sucellus (53) — quater	—
deus Sol Alagabalus (57) semel	Sol Alagabalus — semel
deus Sol Hierobolus (58) — semel	—
deus Sol invictus Malachibelus (59) semel	—
dea Sul Minerva (66) — ter	—
dea Sul (66) — quater	—
deus Apollo Borvo (71) — semel	—
deus Borvo (71) — ter	Borvo — quinquies
deus Apollo Cobledulitavus (72) — semel	—
deus Apollo Grannus (73) — bis	Apollo Grannus — duodecies

deus Silvanus Cocidius (82) — semel	—
deus Sinquatis (83) — semel	—
deus Alus Saturnus (86) — semel	—
deus magnus Balcara (87) — semel	—
dea Abnoba (88) — semel	Abnoba — ter
dea Diana Nemesis (89) semel	—
dea Victoria Brigantia (90) — bis	—
dea Brigantia (90) — bis	Brigantia — semel
dea Ataecina Turibrigensis Proserpina (91) — semel	—

Raro *deus* post nomen dei ponitur:

Leherennus deus (18) — quinquies
Ercules deus Andossus (79) — semel
Astus Ilunnus deus (80) — semel
Sul dea (66) — semel

Domini appellantur:
Mars dominus (pro Ilihunno) (15)
domina Turibrigensis Adaegina (91)
dominus deus, ut videtur, Alus (86)

augusti hi dei:
Apollo Belenus aug. (70) — quater
Mars Marmogius aug. (22) — semel
aug. Mars Mullo (25) — semel
Vintius aug. Pollux (92) — semel
Serapis Neptunus aug. (85) — semel
Saturnus aug., ut videtur, pro Alo (86) — semel
Bedaius aug. (45) — quater
Belenus aug. (70) — quinquies
Borvo aug. (71) — semel
Latobius aug. (17) — semel
aug. Vintius (36) — semel

sancti hi:
sanctus Cocidius (9) — semel
sancta Visucia (44) — semel

Augusti dei nominantur haec numina:

aug. deus Mars Cicolluis (7) — bis
Cososus deus Mars aug. (11) — semel
deus Mars aug. Rudianus (31) — bis
dea Diana Nemesis aug. (89) — semel,
Iuppiter Sabasius (50) appellatur *numen augustum.*

dei sancti haec:

deus sanctus Mars Cocidius (9) — bis
deus sanctus Cocidius (9) — bis
dea sancta Ataecina Turibrigensis Proserpina (99) — semel
dea sancta Turibrigensis (91) — semel

Memorabilem Romanorum morem vota solvendi geniis deorum[1]) in duobus titulis invenimus dedicatis

Genio Mercurii Alauni (38)
Genio Apollinis Atepomari (69)

Ac Iovi, cum nusquam *deus* nominetur, cognomina Romana Optimus Maximus in his titulis dantur:

Iuppiter o. m. Arubianus et Bedaius	(44)
Iuppiter o. m. Sucaelus	(53)
Iuppiter o. m. Tanarus	(54)
Iuppiter o. m. Uxellimus	(56)
Iuppiter o. m. Bussumarius	(48)
Iuppiter o. (sic!) Bussumarus	(48)

Verum in titulis dedicatis Iovi Hammoni (49), Iovi Sabazio (50), Iovi Serapidi (52) modo Iuppiter o. m., modo Iuppiter invocatur, cum a votis Iovi Beellefaro (46), Iovi Taranuco (55), Iovi Sarso (54) solutis haec cognomina absint.

Cognomen invictus Soli (59. 60) et Herculi (80), cognomen conservator Iovi o. m. Sabasio (50) datum est. At

1) cf. Wissowa, Relig. und Kult p. 158. Roscher, lex. mythol. I 1619.

cognomina sanctus, deus, augustus data non sunt his numinibus (omissis eis, quae semel invocantur):

Marti Caturigi (6), Marti Loucetio (21), Marti Toutati (35), Herculi Magusano (81), Bindo Neptuno (84).

Nunc quaerendum est, quidnam cognomina illa (deus, augustus, sanctus) sibi velint et quo tempore tituli illi positi sint, cum hic usus a titulis priore tempore numinibus vere Romanis dedicatis plane alienus sit. Certo autem anno consulibus additis hi tituli tribuuntur, in quibus invocantur:

Iuppiter o. m. Tanarus	(55)	A. 154 p. Chr.
Suleviae	(64)	A. 160
Saturnus Balcaranensis	(87)	A. 166
Diana Abnoba	(88)	A. 193
Victoria Brigantia	(90)	A. 205
Bedaius aug.	(45)	A. 205. 219. 225. 232
Iuppiter o. m. Arubianus et Bedaius	(45)	A. 219
Hercules Magusanus	(81)	A. 219

Casu factum est, ut in nullo horum titulorum, de quorum temporibus certe constat, numen adiecto vocabulo dei invocetur, quod in aliis quam saepe occurrat tabula supra p. 26 sq. proposita docet. Riesius enim omnes titulos, in quibus numina barbara dei vel deae nominantur, post annum 180 p. Chr. positos esse putat.[1] Verum lex illa, quam Riesius repperisse sibi videtur, refutatur cum titulis anno 76 p. Chr. deo Μηdyzei[2] (sic!) et anno 152 τῇ θεῷ Σῶλ[3]) positis, tum eo, quod vir doctus scribere cogitur Caivadea (!) pro Caiva dea in titulo anno 124 dedicato (D. 4741), in quo Caivam deam invocari manifestum est.

1) Westd. Zeitschr. XVII 16.

2) C. J. L. III 6120 = D. 4075.

3) Hunc titulum graecum Phanagoriae a Rhoemetalce, rege Bosporano, τῇ θεῷ Σῶλ dedicatum ad deam Sulem (66) referendum esse putat Maximilianus Ihm, Annal. Bonn. 83 p. 81; cf. p. 184 n. 552.

Hoc unum constat inde ab exeunte secundo saeculo numina barbara et quae eorum loco invocantur Romana promiscue saepius *deos* appellari initio facto a numinibus barbaris, in quibus hic usus eo declaratur, quod eis haud raro nomina ab humanis non diversa erant. Ac primo p. Chr. n. saeculo perraro et deos et sancta et augusta numina peregrina nominari titulumque illum deo Mηdyzei anno 76 dedicatum in exceptionum numero habendum esse, optime votis Marti Camulo (D. 235) Neronis temporibus, Bindo Neptuno Vespasiano[1]) regnante (84) solutis affirmatur, in quibus ut in lapide Parisiaco Tiberii aetate dedicato (D. 4613^{a-d}) nullum horum cognomentorum reperitur. Atque optime in nostros titulos ea quadrant, quae Maassius[2]) dicit, vocabulo *dei* eum, qui dedicat, significare velle deum non vere Romanum in titulo invocari.

Augusta quoque inde ab secundo saeculo, quantum scio, numina vernacula a barbaris appellari coepta sunt imitatis Romanos, qui hoc vocabulo addito numina ab ipsis invocata non diversa esse a dis in domo imperatoria cultis indicare solebant.[3]) Atque hic usus in numina barbara quoque translatus ortus esse videtur a Marte augusto cum Cicollui, Cososo, Rudiano comparato.

Haec habui dicere de titulorum specie et tempore. Nunc quae sit natura nonnullorum cognominum cum deis

---

1) C. J. L. III Suppl. 14324.

2) Tagesgötter 184 „Der Zusatz von „deus", „dea" bezeugt nichts als den Glauben der Inschriftsetzer, dass die so eingeführte Gottheit unrömisch sei, und den Willen, sie als unrömisch zu beichnen."

3) Wissowa, Rel. u. Kult. 76. Quod A. de Domaszewski de huius vocabuli usu dicit Philolog. N. F. XV 13 not. 120: „Soweit ich die Anwendung des Appellativs Augustus bei Göttern überblicke, bezeichnet es die Stellung des Gottes in der Reihe der eigentlichen dei, im Gegensatz zu den Numina und Genii. Dasselbe bedeutet der nicht seltene Gebrauch von deus bei Silvanus, denn seinem Wesen nach ist der Waldgeist nur ein numen," haec viri doctissimi sententia iam eo refutari videtur, quod Lares, qui quin inter numina potius quam inter deos proprios recensendi sint neminem dubitare puto, augustorum cognomine uti notissimum est.

Romanis in titulis coniunctorum dispiciamus. Etenim cum longe primum locum ei teneant tituli, in quibus numina peregrina ipso suo nomine significata cum deis Romanis comparantur, haud raro a Romanis deus barbarus ita explicatur, ut dei Romani nomini cognomentum ab illo loco ductum addatur, quo numen illud colebatur, quod cum ipso comparabatur peregrinum, ut Iuppiter Candiedo (C. J. L. II 2599), Mercurius Moccus (C. J. L. XIII 5676), Mercurius Dumias (C. J. L. XIII 1523); eiusmodi titulos in enumeratione omisi praeter eos, in quibus cognomentum, quod alibi deo Romano tribuitur, etiam solum adhibetur ita, ut nominis proprii vice fungi videatur, ut Advernus (39) pro Mercurio Arverno, Bedaius (45) pro Iove Bedaio; Rudianus (31) pro Marte Rudiano; Vintius aut pro Marte Vintio (36), aut pro Vintio Polluce (92). Ac simili modo dea Maura (C. J. L. VIII S. 21665 = D. 4501) pro Diana aug. Maurorum (C. J. L. VIII 8436 = D. 4500), dea Syria[1]) pro Diana Syria (C. J. L. IX 4187 = D. 4281) invocatur.

Recepi autem in recensum deorum barbarorum Martem Loucetium (sive Leucetium), seclusi inde Herculem Saxanum, quia illius dei[2]) cognomen gallicum esse neque cum antiqua Iovis Loucetii invocatione e Saliarium carmine nota cohaerere cum H. Jordano aliisque[3]) mihi persuasi (a Martis enim cultu in religione Romana hoc cognomen alienum est), Herculem autem Saxanum deum vere Romanum puto. Cuius hi exstant tituli:

---

1) C. J. L VI 115 = D. 4276. III S. 10393 = D. 4277. Eph. epigr. IV 873 = D. 4280. Dea Dasyria (!) invocatur C. J. L. IX 1554 = D. 4279, cf. Mommsen ad hunc titulum.

2) cf. Jordan, Krit. Beitr. 33 contra Corssenum, Lat. Ausspr. I 408; aliter iudicat Corssen, Krit. Beitr. 471.

3) Quem cum R. Mowat Rev. archéol. n. s. 35, 105 sq. Gallis vindicet, quippe qui nominetur in titulis gallicis et Albiorix (2) et Leucimalacus (20), dei sedem esse in finibus Nemetum ea de causa verisimile est, quod et in titulo Britannico D. 4586b Nemetona, quae haud scio an sit dea Nemetum peculiaris, Marti Loucetio sociatur et hunc titulum Moenanumque D. 4586a cives Treveri, Nemetum finitimi, dedicant.

Hercules Saxanus (in lapicidinis prope „Brohl" et ad Mosellam) C. J. L. XIII 4623. 4624 = D. 3453. 4625 = D. 3454. 7697—7699. 7700 = D. 3455. 7702—7708 7709 = D. 3456. 7710. 7711 ? (100 p. Chr.) 7712. 7716—7719

Saxanus C. J. L. XIII 7701. 7720

Deus in eadem regione appellatur:

Hercules C. J. L. XIII 7693

Hercules barbatus C. J. L. XIII 7694 = D. 3460

Hercules invictus C. J. L. XIII 7695.

Ceterum opportune accidit, ut praeter titulos in Germania superiore Herculi Saxano positos habeamus Tridentinum (C. J. L. V 5013 = D. 3457) et Tiburtinum (C. J. L. XIV 3543 = D. 3452), in quo Trophimus anno, ut videtur, 79 p. Chr.[1]) aedem Herculis Saxani a solo se restituere dicit. Quid igitur? Iam Flaviorum temporibus, cum primi tituli Rhenani dedicati sunt,[2]) Hercules Saxanus Tibure aedem habuit, quae, cum tum dilapsa esse dicatur, multo vetustior fuerit necesse est. Deinde quis est, qui nesciat, Tibure Herculem Victorem principem deorum fuisse ibique Iovi Praestiti aram dedicavisse?[3]) Num igitur forte factum esse putemus, ut Herculi Saxano, qui quinquies in Germania superiore cum Iove invocatur,[4]) nemo homo barbarus, quantum scio, votum solverit,[5]) cum in universum numerus barbarorum hoc genus numina invocantium maior sit, quam Romanorum? Ergo cum Herculis Saxani titulorum longe

1) Dessau ad n. 3452.

2) D. 3453 *Herculi Saxano et imp. Vispasiano.*

3) Wissowa, Rel. u. Kult. 220.

4) C. J. L. XIII 4625. 7716—7719.

5) Herculem Saxanum invocant hi: C. J. L. XIII 7699 Manlius Priscus centurio leg. X; D. 3453 M. Vibius Martialis centurio leg. X; C. J. L. XIII 7704 C. Sulpicius Maturus centurio leg. XXII; C. J. L. XIII 7709 Q. Mettius Seneca centurio leg. XXII; C. J. L. XIII 7707 Iulius Verecundus centurio.

plurimos a militibus Romanis in lapicidinis positos esse videamus[1]) eiusque cognomen a saxis facillime derivetur, agnoscemus numen Romanum,[2]) cui precari solebat, quisquis in lapidibus caedendis versabatur, ut pericula undique impendentia arceret.

Plurimorum autem numinum interpretationi Romanae subiectorum cultus certis locis continebatur, atque haec, ut gravissima quaeque attingam, in singulis provinciis peculiariter invocata sunt:

In Germania superiore.	
Mars Caturix	(6)
„ Intarabus	(16)
Lenus Mars	(19)
Mars Segomo	(32)
„ Smertatius	(33)
Mercurius Alaunus	(38)
„ Cambus	(40)
Mercurio Vassocaleti	(43)
Mercurius Cissonius	(42)
„ Visucius	(44)
Iuppiter o. m. Sucaelus	(53)
Apollo Borvo	(71)
„ Toutiorix	(76)
„ Vindonnus	(77)
Silvanus Sinquatis	(83)
Diana Abnoba	(88)

In Aquitania.	
Cososus Mars	(11)
Mars Ilihunnus	(15)
„ Leherennus	(18)
Mercurius Adsmerius	(37)
Minerva Belisama	(65)
Apollo Atepomarus	(69)
„ Cobledulitavus	(72)
„ Siannus	(75)
Hercules Andossus	(79)
Iuppiter Beisirisse	(47)

In Gallia Narbonensi.	
Divanno Dinomogetimarus Martes	(12)
Mars Rudianus	(31)
„ Vintius	(36)
Apollo Virotutes	(78)
Vintius Pollux	(92)

1) cf. etiam titulum D. 3459 Herculi a lapidariis Almanticensibus positum.

2) Herculem Saxanum numen Romanum esse putant E. H. Meyer, Beiträge zur Gesch. d. deutsch. Sprache XVIII 106 sq. Golther, Hdb. d. germ. Mythol. 243 not 3. H. Dessau ad C. J. L. XIV 3543. Multo ante hos viros doctos hoc cognovit Cannegieter, de mutata Romanorum nominum sub principibus ratione 166.

Haud scio an Herculi Saxano locus assignandus sit iuxta Herculem domesticum, Wissowa l. c. 228.

In Britannia.

Mars Belatucadrus	(4)
„ Cocidius	(9)
Iuppiter Tanarus	(54)
Sul Minerva	(66)
Apollo Maponus	(74)
Victoria Brigantia	(90)

In Gallia Cisalpina.

Apollo Belenus	(70)

In Dalmatia.

Iuppiter Taranucus	(55)
Bindus Neptunus	(84)

In Thracia.

Iuppiter Sabazius	(50)

In Hispania.

Dea Ataecina Turibrigensis Proserpina	(91)

In provincia Proconsulari.

Saturnus Balcaranensis	(87)

In Paphlagonia.

Iuppiter Sarsus	(51)

At nonnulla numina in compluribus provinciis locisque venerati sunt, etsi difficile dictu est, utrum tituli illi casu per diversas regiones distracti sint an Romani numina inter se cognata, quae apud complures nationes iis occurrebant, eodem modo explicaverint, eademque saepe in utraque Germania, in Gallia, in Britannia, quas terras maximam partem Celtae incolebant: itaque Martem Camulum (5) habemus in Germania inferiore et in Britannia, Martem Rigisamum (30) in Aquitania et in Britannia, Martem Loucetium (21) in Germania superiore, in provincia Lugdunensi, in Britannia, Apollinem Grannum (73) in Germania superiore, in Belgica, in provincia Lugdunensi, in Scotia, in Rhaetia, Martem Toutatem (35) in Britannia et in Norico.

Iam ad eorum, qui dedicaverunt titulos, ordinem et nationem examinanda ut veniamus, utrum homo Romanus an barbarus votum solverit, persaepe, nisi ordo hominis originem indicet, e solo nomine coniectura facienda est. Sed cum barbari celerrime nomina Romanorum acceperint, cavendum est, ne quisquis Romanum nomen prae se fert e barbarorum numero eximatur. Nomina gentilicia autem, quibus barbari in utraque Germania uti solent, persaepe a co-

gnominibus Romanis ducta sunt, ut Desideratius, Paternio, Patrianus, cum in Gallia nomina celtica creberrima sint.[1])

Atque insequentes titulos a barbaris positos esse verisimile est:

	Ordo vel natio.
Bindo Neptuno T. Loantius Rufus C. J. L. III 14324. 14325	Praepositus et princeps Iapodum
Marti Segomoni Adginnius Urbici fil. Martinus D. 4537	Sequanus sacerdos Romae et Augusti, flamen, II vir in civitate Sequanorum
aug. Vintio T. Valerius Crispinus D. 4848	sacerdos Vintii, praefectus pagi Dia(nensis)[2])
deae Suli Minervae Protacius Libo, Claudius Ligur C. J. L. VII 39	sacerdotes
deo Mercurio Visucio et sacte Visucie (sic!) P. Quartionius Secundinus D. 4608	decurio civitatis Sumelocennensis
deo Marti Leucimalaco Fuscius Secundus D. 4571	decurio
Visucio Candidius Calpurnianus D. 4607	decurio civitatis Sueborum Nicretum, item dec. civitatis Nemetum
Belino Caesernius Faustus C. J. L. V 740	sevir Aquileiensis
Belino Hostilius Auctus C. J. L. V 743	" "
Beleno C. Iulius Agathopus C. J. L. V 744	" "
Beleno T. Vibius Abascantus C. J. L. V 752	" "

1) cf. Hettner, Westd. Zeitschr. II 7.
2) Pauly-Wissowa R.-E. V 341.

	Ordo vel natio.
Marti Vintio Rufinus Felix C. J. L. XII 3	sevir et incola Cemenelensis
Marti Cnabetio Paterio D. 4556	cornicen
Marti Noadato Mucutralis C. J. L. XIII 6740	veteranus leg. XXII
Herculi Magusano Similinius D. 4630	veredarius
Marti Cocidio Vibinius Lucius C. J. L. VII 286	benef. cos.
Brigantiae Amandus D. 4718	arcitectus
Suli deae Priscus Tuti fil. D. 4661	lapidarius, civis Carnutenus
Apollini Beleno Diocles D. 4873	libertus
Belino Phoebus C. J. L. V 738	libertus
Marti Ilihunno Berulius C. J. L. XIII 422	servus Ticci Sabiniani
Marti Loucetio Amandus Velugni fil. D. 4573	Devas[1])
deo Marti Thingso D. 4760—4761	Germani cives Tuihanti, cunei Frisiorum
deo Mapono Durio et Ramio et Trupo et Lurio D. 4660	Germani
Mercurio Viduco D. 4606	cives Lemovicenses

Apollini Borvoni C. Daminius Ferox D. 4566	civis Lingonus
Marti Leucetio Severinus pro suis filiis Sperato et Pupo, civibus Treveris D. 4586ᵇ	cives Treveri
Loucetio Marti et Nemetona (!) Peregrinus Secundi fil. D. 4586a	civis Trever

1) Hominem oriundum ex Deva Britanniae (= Chester) intellegit Zangemeister.

	Ordo vel natio.
aug. Marti Mulloni suo et Toutillae nomine Agedovirus Morici fil. C. J. L. XIII 3101	—
deo Belatucadro Antronius Aufidianus C. J. L. VII 935	—
Marti (pro Marte Ilihunno) Attius Sabinianus C. J. L. XIII 420	—
Blatucairo (= Belatucadro) Audagus D. 4545	—
deo sancto Belatucadro Aurelius Diatua C. J. L. VII 337	—
Marti Randosati Bassinus Bassuli fil. D. 4583	—
Marti Cicollui Coelius Patrianus pro salute fili Patriani C. J. L. XIII 5597	—
deae Brigantiae Congennicus D. 4717	—
Mercurio Arvernorigi Cosillus D. 4592	
Marti Mogetio Gracchus Ategnutis fil. D. 4577	—
Leno Marti M. Iedussius Magnus D. 4570	—
Mercurio Arverno D. Irmidius Br. 2029	—
Genio Apollinis Atepomari Iulius Atrectus Craxanti fil. et Iulius Gnaius Atrecti fil. D. 4637	—
Marti Segomoni Paternus Dagusae fil. C. J. L. XIII 5340	—
Visucio Mercurio Senilis Massae fil. C. J. L. XIII 6347	—
deo Intarabo Solimarius Bitus D. 4563	—
aug. Marti Mulloni Tauricus Tauri fil. D. 4578	—

	Ordo vel natio.
deo Vintio Polluci Cn. Terentius Billonis filius Terentianus D. 4848a	—
Herculi Magusano Ulpius Lupio et Ulpio Ammava D. 4629	—
deo Marti Medocio Lossio Veda D. 4576	—
deo Intarabo Velugnius Ingenuus pro eo post obitum Sollavius Victor D. 4564	—
deo Mercurio Adsmerio I. Venixxamus D. 4587	—
Marti Intarabo Vitalius Victorinus et Novellinius Mallus D. 4562	—

Romanorum, qui dedicaverunt titulos, ordo in his titulis traditur:

	Ordo.
Apollini Beleno C. Aurel. Valer. Diocletianus et M. Aurelius Valerius Maximianus D. 626	imperatores, Caesares[1])
Apollini Granno Q. Lusius Sabinianus D. 4646	procurator Augusti
deo Marti Belatucadro Paconius Saturninus C. J. L. VII 885	praefectus
Apollini Mapono Terentius Firmus D. 4639	praefectus castrorum leg. VI
deo sancto Cocidio Paternius Maternus D. 4724a	tribunus coh. V Nervane ex evocato Palatino
deo sancto Cocidio Quintus Peltrasius Maximus D. 4721	tribunus ex corniculario praeff. praetorio
Abnobae Q. Antonius Silo D. 3914	centurio leg. I

1) cf. Wissowa apud Roscherum, lex. mythol. I 755.

	Ordo.
Marti Halamard T. Domitius Vindex D. 4561	centurio leg. XX
Herculi Magusano Q. Clodius Marcellinus Annal. Bonn. 73, 74	centurio leg. I
Apollini Granno M. Ulpius Secundus C. J. L. III 5876	centurio leg. III
deo Cocidio C. J. L. VII 801	vexillatio leg. VI
Marti Cocidio D. 4724	leg. II Augusta
deo Cocidio C. J. L. VII 876	milites leg. VI
deo Cocidio C. J. L. VII 803	milites leg. XX

Raro feminae his numinibus vota solvunt:

deae Suli Calpurnia Trifosa, liberta et coniunx sacerdotis deae Sulis C. J. L. VII 53

deo Borvoni Verrea Verilla, civis Lingona C. J. L. XIII 5920

Borvoni Iulia Tiberia Corisilla, Claudi Catonis Lingoni uxor C. J. L. XIII 5917

Borvoni Sextilia Sesti filia Med(iomatrica) C. J. L. XIII 5519

Mercurio Cissonio Dubitatia Castula, natione Syria D. 4598

Flavia Cuba[1]) Firmani fil. Cososo deo Marti suo D. 4559

Marti Loucetio Curtilia Prepusa D. 4572a

Marti Segomoni Dunati Cassia Saturnina D. 4538

Marti Olloudio Vigilia Metia Massae fil. D. 4580.

Tabulam Romanorum, qui vota numinibus barbaris solverunt, inspicientes nos non fugit in universum homines meliore loco natos titulos dedicare, cum imperatores, pro-

1) Fortasse e gente Cuborum.

curatores, praefectos, tribunos, centuriones reperiamus. Quos e barbarorum gente maximam partem homines meliore loco nati, sacerdotes, decuriones, seviri, liberti, milites, qui in exercitu Romano stipendia merebant, imitati sunt, cum plebs interpretationem Romanam non multum curavisse suosque deos etiam in titulis Romano sermone compositis solis nominibus domesticis invocare perrexisse videatur. Tum ex enumeratione eorum, qui dedicant titulos, facile cognoscitur in eis provinciis, in quibus initia interpretationis Romanae perspicue apparent, in Gallia, Germania, Britannia, numerum barbarorum vota solventium multo maiorem esse quam Romanorum. Inter ea autem numina, quae etiam Romani saepius invocaverunt, Apollo Grannus, Apollo Belenus, Mars Cocidius principem locum tenent.

In ipsa interpretationis forma observatur primum locum tenere eos titulos, qui coniuncta exhibent nomina dei Romani et dei barbari, quo in numero ducendi sunt tituli dedicati Marti Belatucadro, Marti Cocidio, Marti Leherenno aliique multi (cf. p. 33 sq.). Ex eo autem quod in eadem regione Marti Belatucadro quinque (4), Belatucadro quattuordecim, Marti Cocidio quinque, Cocidio undecim (9), Apollini Borvoni unum, Borvoni (72) novem vota solvuntur, numerum titulorum deo barbaro non adhibito nomine Romano dedicatorum in universum maiorem esse perspicuum est, interpretationem igitur ex arbitrio dedicantium modo adhiberi modo omitti.

Raro ostendi potest hominem Romanum deum barbarum Romano nomine explicare, barbaros non item: Apollini enim Mapono Terentius Firmus, praef. castr. leg. VI D. 4639 votum solvit, cum Durio et Ramio et Trupo et Lurio Germani D. 4640, haud dubie milites gregarii, solum Maponum invocent.

Mirum in modum Q. Florius Maternus, praef. coh. I Tungrorum, in Britannia ad vallum Hadriani et deo Silvano Cocidio C. J. L. VII 642 et deo Marti haud dubie invocato pro Cocidio C. J. L. VII 651 titulos ponit,

Inprimis autem memorabile videtur Romanos e suorum numinum numero in occidentalibus imperii partibus plerumque Martem, Mercurium, Herculem, Dianam, Minervam ad numina peregrina explicanda adhibuisse, raro Iovem, in orientalibus Iovem, Saturnum, Plutonem, Neptunum, Cereres, id quod infra explicabo, quamquam in plurimis interpretationibus, cum dei barbari indolem ignoremus, nescimus, cur Romani hunc aut illum e suis deis ad eius explicationem arcessiverint.

Certe a Romanis Belenum (70), Vindonnum (77), fontium deos, Grannum (73), deum aegros adiuvantem, cum Apolline,[1]) Sulem, deam fontis, cum Minerva (66) — nam et Apollo et Minerva dei medici sunt —, Belatucadrum (4), Cocidium (9), Toutatem (35), deos bellicos, cum Marte, Abnobam, deam montis cognominis, cum Diana (88), magnos deos in regionibus orientalibus cultos, Hammonem (49) ac Serapidem (52), cum Iove comparatos esse non mirum est. Ac Mars unus ex deis Romanis mutata in provinciis nescio quo modo natura non semper se trucem saevumque, sed interdum mitem quoque praebet ac salutarem, cum adhibeatur ad Lenum, deum medicum,[2]) explicandum et Flavia Cuba Cososo *deo Marti suo* signum donet (11).[3])

Sed quamquam plerumque ad idem numen barbarum explicandum eodem nomine Romani usi sunt, tamen haud raro fit, ut diversae eiusdem numinis interpretationes exstent. Cocidius enim, cum in omnibus titulis Britannicis cum Marte comparetur, eo loco, quo ei plurimi tituli dedicati sunt, ad

1) Wissowa l. c. 242.

2) D. 4569 „Corporis adque animi diros sufferre labores dum nequeo, mortis prope limina saepe vagando servatus Tychicus divino Martis amore hoc munus parvom pro magna dedico cura." In hoc titulo bilingui prope Confluentes reperto Tychicus Marti gratias agit, qui in graeca tituli parte *Λῆνος Ἄρης* appellatur, ex quo efficitur versus latinos e graecis esse versos; cf. Kaibel, Korrespondenzbl d. W. Z. VIII 227.

3) O. Hirschfeld, Westd. Zeitschr. VIII 137 not. 49; cf. titulum in Gallia Narbonensi *Marti suo* a P. Pomponio Pudente dedicatum C. J. L. XII 4222 et 4221. 2986.

vallum Hadriani, mirum in modum a Q. Florio Materno, praefecto coh. I Tungrorum, Silvanus Cocidius appellatur (82), neque aliter genius urbis Vintii, Vintius, modo Mars (36), modo Pollux (92), Iuppiter Hammon in provincia proconsulari „barbarus Silvanus“ (49), Nemesis dea maxime in Pannonia culta et Iuno (63) et Diana (89), Serapis modo Iuppiter (52), modo Neptunus (85).

IV

Saepe sub deorum Romanorum nominibus, quamvis nullo cognomento barbaro religio peregrina indicetur, numina barbara delitescere ut dudum observatum est, ita bene exponit Carolus Zangemeister, annal. nov. Heidelb. VI 46 his verbis:

„Es ist bekannt, dass die Gottheiten der Germanen wie der Gallier, speziell in den Inschriften, zwar oft mit einem heimischen Namen oder Beinamen bezeichnet werden, dass auch nicht selten der Name der römischen Gottheit beigesetzt wird, mit der die germanische geglichen wurde — nicht minder ist erkennbar, dass diese letztere auch allein gesetzt wird und es versteht sich, dass für uns in solchen Fällen die eigentliche Bedeutung meist nicht mehr erkennbar ist und uns also damit ebenso viele Zeugnisse für die fremden Kulte entgehen.“

Etenim cum, ut ad singula transeam, in eodem Aquitaniae oppido et Mars Leherennus invocetur (18) et Leherennus, neminem dubitare puto, quin tituli ibidem Marti soli dedicati C. J. L. XIII 115—117 ad Leherennum referendi sint eodemque modo sub Marte in agro Helvetiorum C. J. L. XIII 5036. 5037. 5053 delitescat Mars Caturix (6), in

agro Aturensium C. J. L. XIII 420—421 Ilihunnus (15), Borovicii in Britannia Mars Thingsus (34), qui ab eisdem Germanis civibus Tuihantis et Mars et Mars Thingsus vocatur, sub Diana C. J. L. XIII 5335. 6112 (92) Abnoba, dea montis cognominis, sub Saturno in nonnullis titulis in Gallia Cisalpina repertis C. J. L. V 5021 = D. 4905. 3293 = D. 3328. 3292. 5056. 5067. 5068a. 5069. 8844 fortasse Alus (90), sub Neptuno in Dalmatia C. J. L. III 1794. 2827. 2970 non longe a finibus Iapodum invocato, quo loco Bindo Neptuno (88) vota soluta sunt, fortasse Bindus. Verum cum ad vallum Hadriani in Britannia et Mars Cocidius (9) et Mars Belatucadrus (4) culti sint, utrum tituli ibidem Marti dedicati C. J. L. VII 285. 651. 884 ad Cocidium an ad Belatucadrum pertineant, in medio relinquendum est. Ubicumque autem deus Romanus deae barbarae sociatur, illum numinis peregrini locum tenere constat. Etenim cum sub Apolline cum Sirona coniuncto Apollinem Grannum delitescere manifestum sit, quia Apollo Grannus Sironaque in Rhaetia invocantur C. J. L. III 5588, sub Marte Nemetonae coniuncto D. 4586 in finibus Nemetum Martem Loucetium, quoniam huic cum Nemetona D. 4586a votum solvitur, Mercurius in Germania superiore una cum Rosmerta in his titulis invocatus

Mercurius et Rosmerta C. J. L. XIII 5939. 6388. 4683. 4685. 4705. Br. 402. 681

deus Mercurius et Rosmerta C. J. L. XIII 5677 = D. 4609. 6222. 6263. 4192 = D. 4610. 4193—4195. 4208. 4311. 4684. 4742. Hettner, cat. mus. Trev. n. 75 (in agro Treverorum)

ad ignotum deum barbarum explicandum adhibitus esse putandus est; idem vero par deorum barbarorum in eadem regione nisi omnia fallunt, Mercurius et Maia appellatur:

Mercurius et Maia C. J. L. XIII 6018. 6025. 5157. 7532—7533 (in Germania sup.)

Mercurius aug. et Maia C. J. L. XIII 1769 = D. 3208 (in prov. Lugdunensi).[1]

De Dite autem patre et Aerecura (D. 3966—3968) valde dissentiunt viri docti, cum et nomen deae obscurum sit et unde hoc par deorum longe lateque invocatum ortum sit non constet; omnium vero, qui Aerecurae nomen explicare studuerunt, maxime Gaidozius rem acu tetigisse videtur, qui Aerecuram *Ἥρην Κυρίαν* esse suspicatur, praesertim cum uxor Ditis patris D. 3962. 3963 sit Era vel Hera, D. 3964 *Haera domina* in titulisque Africanis, ubi Diti quoque et Aerecurae vota solvuntur, *Ceres Cyria* D. 4456. 4457 invocetur.[2])

Ad lacum Larium deus vernaculus aquatilis cum Neptuno videtur comparari, cum ibi C. J. L. V 5258 = D. 3283 „Neptuno et dis aquatilibus", C. J. L. V 4285 = D. 3291 „Neptuno, Viribus" vota solvantur et ad lacum Larium „Neptunalia" commemorentur C. J. L. V 5279.[3])

Ac simili modo deus Romanus in his titulis, in quibus cum numinibus peregrinis coniungitur, haud scio an dei barbari locum teneat:

Mars et Vasio C. J. L. XII 1301 = D. 4841 (in Aquitania)

Motmannius et Mercurius C. J. L. VIII 2650 = D. 4482 (in Numidia)

Iuppiter et Nemausus C. J. L. XII 3070 = D. 4844 (in Gall. Narbon.)

---

1) Wissowa, Relig. u. Kult. p. 250. Ch. Robert, Epigraphie galloromaine de la Moselle p. 71 sqq. Deae in aliis monumentis marsupium et caduceus, in aliis cornu datum est, quo cornu nonnulli viri docti commoti sunt, ut deam esse Fortunam putarent. Lehner, Korrespondenzbl d. W. Z. XV 40 aliter iudicat de hac quaestione: „Ich halte Roberts Versuch, Maia mit Rosmerta zu identificieren, für bedenklich."

2) cf. Wissowa l. c. p. 258. Pauly-Wissowa R.-E. I 667. Preller-Jordan, R. Myth. II 65 not 2.

3) Wissowa apud Roscherum lex. mythol. III 206; cf. titulos a piscatoribus D. 3287 et a molinariis D. 3288 dedicatos. De Viribus cf. Wissowa, Relig. u. Kult. p. 250 not. 11.

d. Sucelus et Silvanus C. J. L. XIII 6224 (in Germ. sup.)
aug. Apollo et Veriogodumnus D. 4645 (in Belgica)
Dianae et Horolati et Garre deo C. J. L. XIII 60 = D. 4527 (in saltu Pyrenaeo.)

At nonnulli dei Romani in certis regionibus tam saepe una invocantur, ut dubitari non possit, quin numina peregrina absorbuerint. Itaque in his titulis Thraciae et Daciarum dedicatis

Dianae et Apollini sanctis	C. J. L. III S. 7447
Deanae reginae et Apollini	C. J. L. III S. 12371. 12373.
Apollini et Dianae	C. J. L. III 986 (A. 180 p. Chr.)
Dianae et Apollini	C. J. L. III 8023
Dianae reginae	C. J. L. III 1003. 6160
Dianae	C. J. L. III S. 12370. 12372

par deorum vernaculorum Apollinis et Dianae (vel Dianae et Apollinis) nomina assumpsisse videtur, cum nullo alio modo explicari possit, cur in titulis equitum singularium occurrant invocati una cum Silvano, quod nomen Graecos secuti Romani deo Illyriorum maximo [1]) dederunt. Apollinem autem Dianamque, quae saepe regina cognominatur, in Thracia maxime cultos esse etiam eo affirmatur, quod titulum C. J. L. VI 31162, in quo Silvanus, Apollo, Diana invocantur, dedicant cives Batavi sive Thraces, equites singulares. [2])

Carolus vero Zangemeister primus vidit sub Marte, Hercule, Mercurio saepe invocatis in titulis equitum singularium (C. J. L. VI 31138—31187) et a militibus barbaris Rigomagi (D. 4634) tria summa Germanorum numina delitescere, Martemque pro „Tiu“, Mercurium pro Guodano, Herculem pro „Donar“ dictum esse verisimile est, quam-

1) R. v. Schneider, Arch. epigr. Mitteil. IX 35.

2) De Apolline Dianaque Thracum dis cf. v. Domaszewski, Westd. Zeitschr. XIV 53; de Silvano, Apolline, Diana in titulis equitum singularium occursantibus cf. C. J. L. VI fasc 4 pars 2 p. 3069 et Wissowa l. c. 77.

quam postea „Donar" cum Iove comparatus esse videtur, cum quintus hebdomadis dies Iovi sacer apud Germanos Donaris dies sit.[1])

Tacitus vero cum Germ. 9 non solum Herculem, Martem, Mercurium a Germanis omnibus, sed etiam a parte Sueborum Isidem deam cultam esse doceat, cuius signum in modum liburnae figuratum esset, Fridericus Kauffmann aliique viri docti cum Isidis nomen ad deam aliquam barbaram explicandam adhibitum esse recte censeant, tamen in eo erraverunt, quod Tacitum respicere arbitrati sunt ad Nehalenniam deam, cui rem navalem cordi fuisse ex titulis monumentisque Divitiae et in ora maritima Batavorum repertis cognoscitur, non curantes, quod Tacitus dicit S u e b o - r u m partem Isidem colere, Suebi numquam in eis locis, ubi Nehalenniae monumenta inventa sunt, sedes habuerunt.[2])

In Gallia Narbonensi C. J. L. XII 1103 Silvanus et Silvana, dei haud dubie silvae, in Dalmatia Diana C. J. L. III 1936. 1937, ubi deam vernaculam Graeci cum Artemide, Romani eos secuti cum Diana comparaverunt,[3]) Diana Maxima in Hispania Sagunti C. J. L. II 3820, cuius cultores commemorantur C. J. L. II 3821. 3822, et Mars[4]) C. J. L. II 1956, cui Iunia Rustica sacerdos perpetua in municipio Cartimitano signum aereum dedicat, in Aegypto Mercurius[5]) a vexillario in titulo satis memorabili invocatus et Iuno regina C. J. L. III 75 (cf. C. J. Gr. 4893 *Σάτει τῇ καὶ Ἥρᾳ*) peregrinorum deorum locum tenere videntur.

---

1) Zangemeister, Annal. nov. Heidelb. V 1896, 46 sq. Paul. Diacon. hist. Langob. I 9: „Wodan sane, quem adiecta littera Gwodan dixerunt, ipse est, qui apud Romanos Mercurius dicitur". cf. Müllenhoff D. A. IV 134.

2) Kauffmann, Beiträge zur Gesch. d. deutsch. Sprache XVI 210. Golther, Hdb. d. germ. Mythol. 463. Ihm apud Roscherum lex. mythol. III 76 sq. De titulis Nehalenniae dedicatis cf. Brambach C. J. Rhen. ind. p. 381.

3) R. v. Schneider, Arch. epigr. Mitteil. IX 63.

4) cf. Macrob. S. I 19, 5 (supra p. 8).

5) C. J. L. III 79 *Deo Magno Mercurio adoravit* etc.

Aliud interpretationis genus in eis titulis occurrit, in quibus nomen dei Romani praeter Romanae religionis usum pluralem numerum ostendit. Divanno enim Dinomogetimarusque Martes (12) in Gallia Narbonensi invocantur, qui utrum Genii fuerint an dei bellatores vix dici potest,[1] Iunones, quae saepe sociantur Suleviis (65) vel matronis (63) in utraque Germania, in Belgica, maxime in Gallia Cisalpina,[2] Silvani (vel Silvanae) in Hispania C. J. L. II 4449, in Gallia Cisalpina (Silvani vel Silvanae C. J. L. V 817; Silvanae C. J. L. V 3303 = D. 3571), maxime in Pannonia in his titulis:

Silvanus et Silvanae	C. J. L. III S. 13497 = D. 3575. Ihm, annal. Rhenan. 83 p. 182 n. 536
Silvani	C. J. L. III 4304. S. 14089. Ihm, l. c. n. 540
d(is) d(eabus)? Silvanis	(in Hispania) C. J. L. II 4499
Silvanae	C. J. L. III 4441 = D. 3574 (A. 211). Ihm, l. c. p. 182 n. 535
Silvanae augg.	C. J. L. III 3393
Silvani silvestres	C. J. L. III 4442. 4534 = D. 3572

Cereres nobis occurrunt in titulis Africanis:

Cereres (in Numidia)	C. J. L. VIII 1838. 4847 = D. 4462
(in prov. Byzacena)	C. J. L. VIII 580. S. 11306. 11826
(in Afr. procons.)	C. J. L. VIII 1548
Cereres aug. (in Afr. procons.)	C. J. L. VIII S. 12318. 14438. 12338 = D. 4465
Caereres et Plutoni aug.	(in Numidia) C. J. L. VIII 16693 = D. 4459

1) Genios eos fuisse putat Otto Hirschfeld W. Z. VIII 137 not 49.

2) De Iunonibus et titulis eis dedicatis cf. Ihm, annal. Rhen. 83, 1887 p. 76 sqq. et in Roscheri lexico mythol. II p. 617 sq.

Interdum ad deos barbaros in provinciis explicandos numina Romana promuntur, quae in Italia ipsa vel raro invocantur vel tum temporis omnino evanuerant. Vindobonae enim (C. J. L. III 14359) anno 279 p. Chr. Salacea cum Neptuno invocatur,[1]) Ianus pater in Gallia Narbonensi C. J. L. XII 1065 et C. J. L. XI 5374 = D. 3322, praeterea

Ianus	(in Dalmatia)	C. J. L. III 2881. 3030.
	(in Africa)	C. J. L. VIII 2608 = D. 3324. 4576 = 3323. 16417
Ianus aug.	(in Dalmatia)	C. J. L. III 2969 = D. 3321. 3158 = D. 3320.
	(in Africa)	C. J. L. VIII S. 15577. 11797 = D. 3325. D. 4473.
Ianus Geminus	(in Norico)	C. J. L. III 5092^{a} = D. 3319.

Libero autem Liberaeque cum in Dalmatia C. J. L. III 1790 = S. 6362. 2903 et in Pannonia C. J. L. III 3267. 3298. S. 10343, ibidemque augusto Libero et Liberae C. J. L. III 3234. 3466. 3506 = S. 10433. 4297, in Dacia C. J. L. III 792. 1093. 1094. 1303 = D. 3382. S. 7765. 12572. 7684 = D. 3380 multa vota solvantur, ibi par deorum vernaculorum haec nomina assumpsisse videtur; in eisdem provinciis soli quoque Libero multi tituli dedicati sunt.[2])

Volcanus cum in Germania superiore C. J. L. XIII 6454 a vicanis Murrensibus, deus Volcanus C. J. L. XIII 3105—3107 Portu Namnetum „pro salute vicanorum Portensium et nautarum Ligericorum", „Volcanus et Venti" Nemausi C. J. L. XII 3135 = D. 3294, Volcanus aug. Celeiae in Norico invocetur C. J. L. III S. 11699 = D. 3301, in his titulis cum deo barbaro comparatus videtur esse, in Pannonia cum Sedato, patrono fabrorum; nam quamquam in titulis Volcanus Sedatusque nusquam coniunguntur, quod Aquinci in Pannonia C. J. L. III S. 10335 magister collegii cento-

1) Wissowa, Rel. u. Kult. p. 253 not. 3.

2) De titulis Libero dedicatis cf. Wissowa apud Roscherum lex. mythol. II 2027. Rel. u. Kult. 242.

nariorum et Ratiariae in Moesia C. J. L. III 8086 collegium fabrorum Sedato, deo Pannonico, titulos ponunt.[1] Pluto quoque, cui in Aquitania C. J. L. XIII 1449 = D. 3976 Andecamulenses fanum de suo ponunt, dei barbari loco videtur esse invocatus. Bellonae cum Marte Cicollui ad Iuram montem C. J. L. XIII 5598 et Alesiae C. J. L. XIII 2872 = D. 3308, Bellonae soli C. J. L. XIII 5352 vota solvuntur, quibus in titulis Bellonam Litavis deae locum tenere verisimillimum est,[2] quod etiam Mars Cicolluis Litavisque in eadem regione saepius invocantur C. J. L. XIII 5599—5603. D. 4555. At in aliis titulis non paucis, in quibus Bellona Virtuti sociata invocatur,

Virtus Bellona (Novariae) C. J. L. V 6507 = D. 3808
(in Mauretania) D. 3804
dea Virtus Bellona (Castelli Mattiac.) D. 3805

vix diiudicari potest, utrum Bellona vere Romana an dea Comana significetur. Edessenorum autem deum Azizum cum Apolline comparatum esse nesciremus, nisi utrique in his titulis Dacicis cognomen *bonus puer* datum esset:

deus bonus puer Phosphorus Apollo Pythius C. J. L. III 1133 = D. 4346
deus bonus Apollo Pythius C. J. L. III 1138 = D. 4347
deus bonus puer Phosphorus C. J. L. III 1130
deus Azizus bonus puer conservator C. J. L. III 875 = D. 4345.[3]

Huius de qua agimus deorum peregrinorum interpretationis Romanae documenta non solum in titulis habe-

---

1) cf. v. Domaszewski, Westd. Z. XIV 55. Horum collegiorum fuisse incendia opprimere demonstravit O. Hirschfeld, S.-Ber. d. Wien. Akad. CVII p. 239. Volcano in Pannonia dedicati sunt tituli C. J. L. III 3505. 3646. 4447 = D. 3300.

2) Aliter Ihm, Pauly-Wissowa R.-E. III 2542.

3) Eidem deo dedicati sunt tituli Dacici C. J. L. III 1131. 1132. 1134—1137 et Africanus C. J. L. VIII 2665 = D. 584.

mus, sed etiam in monumentorum sculpturis, in quibus mirum in modum Romana barbara mixta sunt ita, ut modo illa modo haec superiora sint. In lapidibus enim in Germania superiore et in Gallia dedicatis

Iovi o. m. (in Germ. sup.) C. J. L. XIII 3527
(in Gall. Narb.) C. J. L. XII 4179
Iovi „ „ C. J. L. XII 2752. 2972. 3068a. 4140. 4172
aug. deo Iovi o. m. (in Aquitania) C. J. L. XIII 3184[1])
sanctitati (!) Iovis et Augusti (in Gall. Narb.) C. J. L. XII 2981 = D. 4012,

qui nescio an ad Taranin deum referendi sint, rotam radiatam vel plures rotas insculptas videmus et deus I. O. M. appellatus ipse rotam tenet in tabula aenea, quae in Belgica reperta est;[2]) neque neglegendum est Mercurium C. J. L. XIII 3656 = D. 4612 torque Gallica ornatum esse[3]) Dianamque succinctam arcu et pharetra instructam Arduinnam vocari C. J. L. VI 46 = D. 4633. Quod vero in Germania superiore maxime in tertii saeculi monumentis barbatus eques giganti humi prostrato insistens (C. J. L. XIII 7352 [A. 240]. 7353 [A. 239]) nomen Iovis prae se fert, quamquam ad hunc diem, quid huius generis monumenta sibi velint, non satis explicatum est, tamen imperatorem Romanum Iovis speciem assumpsisse ea de causa verisimile est, quod haec monumenta in eis finibus reperiuntur, ubi Celtae sedebant, non in Germania inferiore, ubi Germanorum gens integra erat, ex quo efficitur, equitem cum gigante

1) Hoc titulo et altero C. J. L. XIII 3184 aug. deo Iovi o. m. dedicato Maassii opinio Tagesg. 201 refutari videtur, qui Iovi in his monumentis rotam, signum Fortunae, datum esse censet. Iovem enim, cum perraro *deus* vel *augustus deus* nuncupetur, ubicumque haec cognomina assumpsit, deum barbarum loco movisse persuasum habeo.

2) Hettner, cat. mus. Trev. p. 30. Riese, Westd. Zeitschr. XVII 32; cf. C. J. L. XIII 4299.

3) Lehner, Korrespondenzbl. d. Westd. Zeitschr. XV 1896 p. 40.

ad Germanos victos pertinentem liberis Germanis odio fuisse.[1])

Ac de quo inter viros doctos magna dissensio est, deus malleum in monumentis tenens, cuius nomen Sucellus adscriptum dei simulacro in finibus Mediomatricorum reperto D. 4614 anno 1895 innotuit, in duobus titulis Rhenanis C. J. L. XIII 6730 = D. 4615 cum Iove comparatur, C. J. L. XIII 6224 cum Silvano[2]) coniungitur. Ergo cum antea aut Sarapidem aut Ditem patrem esse deum malleatorem viri docti putaverint, ille maxime Silvani similis fuisse videtur,[3]) cuius imagines malleo insignes frequentes exstant in lapidibus Galliae Narbonensis C. J. L. XII 663. 999. 1025. 1101. 1102. 1179. 1334. 1518. 1835. 4147. 4173, quamquam hanc comparationem non universam Sucelli indolem clare reddidisse inde elucet, quod alii hunc Iovem appellare maluerunt.

Verum cum Romani in provinciis occidentalibus ad numina barbara explicanda Marte, Mercurio, Apolline, Minerva, Diana maxime usi sint, in provinciis Africanis persaepe Saturnus,[4]) Pluto, Aesculapius, Neptunus, Ceres vel Cereres adhibentur in his titulis:

Saturnus (in Mauretania) C. J. L. VIII 8448—8450. 8452. 9023

Saturnus aug. (in Mauret.) C. J. L. VIII 8443—8447. 9022

(in Numidia) C. J. L. VIII 2232 = S. 17669 = D. 4441. 2233—2238. S. 17675

(in Afr. proc.) C. J. L. VIII 12388—12389. 12395—12399. 14912—15199

---

1) cf. Maass, Tagesg. 208.

2) *deo Sucelo et Silvano.*

3) Michaelis, Jahrb. f. lothring. Gesch. VII 1895 p. 148 sq., qui sagacissime de omnibus quaestionibus ad deum malleatorem pertinentibus exponit.

4) cf. Schulten, das römische Africa 21 sq.

santus (sic!) Saturnus (in Numidia)
C. J. L. VIII 18897 = D. 4442
Frugifer Saturnus aug. (in Numidia)
C. J. L. VIII 2666 = D. 4449
Frugifer aug. (in Numidia) D. 4450
deus frugum patrius Frugifer aug. (in Numidia)
C. J. L. VIII 4581 = D. 4451

Pluto. Ceres.

Pluto (in Mauret.) C. J. L. VIII 9609
(in Numidia) C. J. L. VIII 2120. 4680. 4683. 4687
Pluto rex magnus (in Mauret.)
C. J. L. VIII S. 12018 = D. 4454
Pluto aug. (in Numidia) C. J. L. VIII 2231
(in Afr. procons.) C. J. L. VIII 861
sacerdos Plutonis Variccalae? aug. (in Afr. proc.)
C. J. L. VIII 17330 = D. 4458
sacerdos dei Ditis in loco primo (in Afric. proc.)
C. J. L. VIII 16406 = D. 4471
Pluto aug. Frugifer deus (in Mauret.)
C. J. L. VIII 840 = S. 12362 = D. 4453
deus sanctus Frugifer[1]) aug. (in Mauret.)
C. J. L. VIII 8826 = D. 4452 (A. 247 p. Chr.)
Frugifer (in Numidia)
C. J. L. VIII S. 17165 = D. 4469
Pluto et Ceres (in Mauret.)
C. J. L. VIII 8442 = D. 4455
Pluto Cyria et[2]) Ceres mater (in Mauret.)
C. J. L. VIII 9020 = D. 4456 (A. 320.)

1) Incertum, utrum Pluto significetur an Saturnus, cum uterque vocetur Frugifer.

2) *Et* videtur transponendum esse ante *Cyria*.

Pluto et Cyria Ceres, Dis sancti (in Mauret.)
C. J. L. VIII 9021 = D. 4457

Caereres et Plutoni aug. (in Afr. proc.)
C. J. L. VIII 16693 = D. 4459

Ceres.

Ceres (in prov. Byzac.) C. J. L. VIII 112
(in Numidia) C. J. L. VIII 6708
Ceres aug. (in Numidia) C. J. L. VIII 6401
(in Afr. proc.) C. J. L. VIII 1398. 1623
Ceres et Aesculapius (in Numidia)
C. J. L. VIII 1413. 14447
Cereres (in prov. Byz.) C. J. L. VIII 580. S. 11306 = 4466. 11826
(in Numidia.) C. J. L. VIII 1838. 3303. 4847 = D. 4462. 6359 = D. 4468. 6709
(in Afr. proc.) C. J. L. VIII 1548. S. 12318. 12335 = D. 4465

Aesculapius.

Aesculapius (in Mauretania) C. J. L. VIII 9320
(in Numidia) C. J. L. VIII 2340
(in Afr. proc.) C. J. L. VIII 997. 5288
flamen domini Aesculapii (in Afr. proc.)
C. J. L. VIII 1267
dea Caelestis et Aesculapius (in Afr. proc.)
C. J. L. VIII 16417

Neptunus.

Neptunus aug. (in Numidia) C. J. L. VIII 5297. 5298
sacerdotes Neptuni „ C. J. L. VIII 5299. 5709

Venus.

Venus (in Mauret.) C. J. L. VIII 8246—8247a ≐ D. 4477—4477a

. .

Tellus.

Telus (sic!) (in Numidia) C. J. L. VIII 8246—8247 = D. 4477—4477a

Tellus Gilva [1]) (in Numidia) C. J. L. VIII 5305 = D. 3958

Saturnum autem cum Baʿalchammân deo in Africa comparatum esse scimus,[2]) Cererem pro dea barbara invocatam esse inde effici videtur, quod C. J. L. VIII 10564 = S. 14381 = D. 4661 *Caeres graeca* ita invocatur, ut Cereri barbarae opponatur: etiam ceteros deos ad numina extera explicanda adhibitos esse iam ideo probabile est, quod aliter vix intellegimus, quo modo haec numina in reliquis imperii partibus perraro observata in provinciis Africanis tam frequenter colantur; Veneris, Dianae, Telluris nominibus Afros suam deam magnam feminam Tanit significare fere constat inter viros doctos.[3])

Nec dubium est, quin sub deis Romanis in tabula sacrorum singulis deis faciendorum C. J. L. VIII 8246—8247 = D. 4477—4477a enumeratis Saturno, Nutrice, Iove, Tellure, Hercule, Venere, Mercurio numina barbara delitescant, praesertim cum Testimonius, haud dubie deus vernaculus, cum eis coniungatur. In provincia Proconsulari C. J. L. VIII 14690 = D. 4484 et in provincia Byzacena C. J. L. VIII 92002 = D. 3196. 12006 *Mercurius sobrius*

1) Hoc cognomen Telluris plane obscurum est

2) Wissowa, l. c. 171.

3) cf. Toutain, Cités romaines p. 213: „En invoquant Cérès, Proserpine, la déesse Tellus, Diana, Venus les Africains ne songeaient guère aux déesses de l'Olympe hellénique. Sous ces différents noms c'était la grande divinité feminine, adorée par leurs ancêtres, c'était à Tanit, qu'ils adressaient leurs prières."

invocatur, haud dubie deus vere Romanus, quod cognomen Mercurii in Roma urbe domesticum fuisse et tituli C. J. L. VI 9714. 9483 docent et ea, quae Paulus Festi p. 296 dicit: „Sobrium vicum Romae dictum putant, vel quod in eo nulla taberna fuerit vel quod in eo Mercurio lacte non vino supplicabatur."

Ac de specie titulorum in hoc capite occursantibus pauca habeo dicere. Omnes dei promiscue *dei* vel *augusti* vel *sancti* appellantur (Iuppiter, quantum scio, in his titulis solis: deus Iuppiter C. J. L. XIII 3445; aug. deus Iuppiter o. m. C. J. L. XIII 3184; Iuppiter aug. C. J. L. XIII 569. 1031) praeter Iunonem, quae ut Diana in Dacia et Thracia (p. 45), C. J. L. III 75 regina vocatur; in titulis Africanis Ceres interdum Cyria, Saturnus persaepe dominus, Pluto ac Saturnus Frugiferi appellantur.

Raro autem his numinibus Romani meliore loco nati vota solvunt, ut Frugifero Saturno Ti. Teltonius Marcellus praef. leg. III C. J. L. VIII 2666 = D. 4449, saepius barbari, quorum praeter equites singulares [1]) paucos, ne longus sim, enumero:

	Ordo vel natio.
Apollini et Sironae Biturix C. J. L. XIII 4661	—
aug. Apollini et Veriogodumno Setubogius Esuggi fil. D. 4645	—
Dianae et Horolati et Garre deo Annous D. 4527	—
Mercurio et Maiae Ibliomarus Tocissae fil. C. J. L. XIII 6018	—
Mercurio et Maiae Masclius Satto C. J. L. XIII 7532	faber
Mercurio et Rosmertae Docci Aprossus et Acceptus D. 4610	— Seviri Augustales

1) cf. Wissowa, Rel. u. Kult. p. 77; Ges. Abhandl. p. 299 sq.

	Ordo vel natio.
Mercurio Indus D. 4612	Mediomatricus
Iovi aug. Cintugenus et Catius C. J. L. XIII 1031	sacerdotes
deo sancto Frugifero aug. Sex. Victor D. 4452	decurio, princeps gentis Numidarum

In provinciis Africanis mulieres virique sacerdotes saepe commemorantur; sacerdotes enim Saturni habemus C. J. L. VIII 8449. 8450. 9022. D. 4439. D. 4477. D. 4442, Plutonis C. J. L. VIII 4680. 4683. 4687. Sacerdotes et Cereris C. J. L. VII 112. 1623. 6708. 14381. 11306 et Cererum C. J. L. VIII 3303. 6359 = D. 4468. S. 12335 = D. 4465 mulieres, sacerdotes Cererum C. J. L. VIII 805. 6709. 14447 viri sunt.

Idem, quod supra (p. 40), hic quoque observamus, numerum barbarorum titulos dedicantium multo maiorem esse quam Romanorum.

Haud raro Romani deos barbaros ita interpretantur, ut aut eorum nomina in linguam latinam vertant aut ipsi novam denominationem creent, tamquam si nullus suorum deorum idoneus sit, quem ad interpretationem adhibeant. Itaque cum Fago deo in Aquitania C. J. L. XIII 33. 223 = D. 4531. 224. 225 ibidemque „Sexsarbori deo“ C. J. L. XIII 132 = D. 4532ᵃ. 175 = D. 4532 vel „Sex Arboribus“ C. J. L. XIII 129 = D. 4532ᵇ, deo aeterno, Syrorum fortasse numini, in multis imperii partibus,[1]) Frugifero in provinciis Africanis pro Plutone vel Saturno (cf. p. 52), Nutrici deae in Africa et in Norico: C. J. L. VIII 2664 = D. 4476. 8246-8247 = D. 4477. 4477a VIII S. 20217 = D. 4474. D. 4473. C. J. L. III 5314. vota solvantur, nomina habemus vere Romana et quorum explicatio facilis sit, numina vero ipsa peregrina sunt et a Romanorum religione aliena.

---

1) cf. Cumont, Pauly-Wissowa R.-E. I 696.

Restat, ut pauca disseram de magnis Gallorum dis, qui quam cito evanuerint, inde optime cognoscitur, quod eorum interpretatio variat, qua de re Camille Iullian[1]) haec verba facit: „Les grandes divinités gauloises devaient se métamorphoser plus vite encore que les dieux locaux. Les vieux noms d'Ésus, de Teutatès, de Taranis, de Bélénus, disparurent de très bonne heure — à leur place nous trouvous ceux de Silvain (?), de Mars, de Mercure, de Iuppiter, d'Apollon. La transformation a été si brusque, que nous ne savons même sous quel aspect et sous quels noms les anciens dieux ont continué a vivre. Il est probable, que Taranis a pris la figure de Iuppiter et Bélénus celle d'Apollon, mais il n'est pas certain, que Teutatès se soit transformé en Mercure et l'on se demande, si Ésus est devenu Mars ou Silvain." Ac de magnorum Gallicorum numinum interpretatione nihil fere sciremus, nisi locum haberemus in Lucani Commentis Bernensibus,[2]) ubi binae interpretationes Teutatis, Esi, Taranis nobis traditae sunt, ex quarum altera Teutates Mercurio, Esus Marti, Taranis Diti patri componitur, ex altera contra Teutates Marti, Esus Mercurio, Taranis Iovi. Utrae interpretationes veriores sint, tituli indicant. In lapide enim Tiberii temporibus a nautis Parisiacis dedicato C. J. L. XIII 3026[b] = D. 4613[a] viro seminudo ascia arborem caedenti nomen *Esus*[3]) adscriptum est, cum in parte aversa gruibus tribus dorso tauri insidentibus adscriptum legamus: *tarvos trigaranos*, eaedemque grues nomine non adscripto apparent in lapide Treverensi Mercurio dedicato D. 4612, ut haud sciam, an Mercurius, *si quidem a mercatoribus colitur* (Comm. Bern. l. c.), pro Eso invocatus sit ab iis, qui mercaturam in fluviis exercebant, cum salicibus deus fluviorum indicari videatur. Neque quisquam est, qui

1) Gallia 124.

2) ad Lucan. Phars. I 445 p. 32 Usener.

3) Lucan. Phars. I 444 Montepessulanus, optimus codex, exhibet *Haesus*, ceteri codices *Aesus* vel *Esus*, Comment. Bern. *Hesus;* forma *Esus* legitur C. J. L. XIII 3026[b] = D. 4613[a]. cf. Lact. inst. div. I 21, 3.

putet Martem ullo tempore hunc in modum fingi potuisse, praeterquam quod Marti Toutati tres tituli dedicati sunt (35), ut vix dubium sit, quin Mars potius cum Teutate comparari solitus sit; ac quo maiorem fidem secundae parti interpretationum commentorum Bernensium habeamus, Tanarin Iovem fuisse ex titulis satis cognoscitur, cum Iuppiter Tanarus in Britannia (54), Iuppiter Taranucus in Dalmatia (55), dei haud dubie Taranis simillimi, invocentur.

Sed deorum Germanicorum et Celticorum indoles quae fuerit examinare non nostrae provinciae est, quos ita tantum attigimus, ut quales Romanis provincias illas occupantibus esse visi essent et cum quibus e propriorum deorum numero comparabiles quantum fieri posset illustraremus. Quae disquisitio quamvis minuta sit et exilis, tamen fortasse non prorsus inutilis fuerit eis, qui quibus rationibus Romani totius orbis domini in recipiendis explicandisque peregrinorum opinionibus usi sint scire cupiant.

Vita.

Carolus Franciscus Richter natus sum die II m. Aug. a. MDCCCLXXXII in vico sito in Borussia orientali, qui dicitur Gross-Kryszahnen, patre Maximiliano, magistro rei venaticae regio, matre Augusta e gente Mielke, quam praematura morte mihi ereptam esse valde lugeo. Fidem profiteor evangelicam. Gymnasium frequentavi Quedlinburgense usque ad mensem Martium anni MCMI, quo anno testimonio maturitatis munitus Lousonnam me contuli, ut iurisprudentiae operam darem. Mox vero studiis forensibus non contentus in universitate berolinensi in studia philologica et historica incumbere coepi. Ibi per ter sex menses versatus Monachiam, inde post sex menses Halas transmigravi. Scholis interfui virorum doctissimorum

Lousonnae: Erman, Herzen, Roguin.

Berolini: Diels, Heinze, Hirschfeld, Lasson, Menzer, Schulze, Simmel, Vahlen, v. Wilamowitz.

Monachiae: Crusius, Furtwängler, Heigel, Weymann.

Halis: Bechtel, Blass, Dittenberger, Droysen, Fries, Robert, Uphues, Vaihinger, Wilcken, Wissowa.

Ad exercitationes philologicas, historicas, archaeologicas benigne me admiserunt vv. dd. Blass, Crusius, Dittenberger, Droysen, Furtwängler, Lindner, Pöhlmann, Robert, Wilcken, Wissowa. Seminarii philologici sodalis ordinarius per bis sex menses fui. Praeceptoribus omnibus meis, imprimis viro illustrissimo Georgio Wissowa, cuius consilium numquam mihi defuit et quo auctore et duce hanc composui commentationem, gratiam habeo habeboque.